B. Oct. 1924

Zur öffentlichen Prüfung

im

Kneiphöfischen Stadt-Gymnasium

am 18. und 19. April 1848

so wie zur Entlassung der Abiturienten

ladet

die hohen Vorgesetzten der Anstalt und die geehrten Eltern der Schüler

ergebenst ein

der Director

Dr. **Rud. Ferd. Leop. Skrzeczka.**

Schwidop

Inhalt.

1. *Observationum Lucianearum specimen I.* Vom Oberlehrer Dr. C. Schwidop.
2. Schulnachrichten. Vom Direktor.

quantum ... tractanda arte ... quendam ordine...

Königsberg, 1848.

Gedruckt bei E. J. Dalkowski.

Uebersicht der Prüfung.

Dienstag den 18. April, Vormittags 9 Uhr.

Sexta.
Rechnen. Ohlert.
Geographie. Witt.
Latein. Cholevius.

Quinta.
Naturgeschichte. Knobbe.
Geschichte. Cholevius.
Latein. Weyl.

Quarta.
Geschichte. Witt.

Dienstag Nachmittags $2^1/_2$ Uhr.

Quarta.
Griechisch. Weyl.
Latein. Schwidop.

Tertia.
Anthropologie. Knobbe.
Latein. Lentz.

Tertia *A.*
Französisch. Weyl.

Mittwoch den 17. April, Vormittags 9 Uhr.

Secunda.
Griechisch. Schwidop.
Geschichte. Witt.
Virgil. Der Director.

Prima.
Mathematik. König.
Griechisch. Der Director.
Latein. Wichert.

Entlassung der Abiturienten durch den Director.
Gesang: 1. Der Sonnenstrahl. (Aus Schladenbach's Sammlung).
2. Hymne von Mozart: Preis dir, Gottheit.
3. Choral.

Observationum Lucianearum Specimen I.

Quanquam nostra memoria ante alios Struvius Fritzschius Iacobitzius summi illi viri studium haud mediocre ad Lucianum emendandum et illustrandum contulerunt aditumque in eius scripta adeo facilem aperuerunt, ut lectores tanquam per amoenos quosdam hortos noxiis istis inutilibusque quibus diu ante oppleti iacuerant herbis perpurgatos ambulare uberesque fructus quos cultoribus suis pollicentur cum magna sermonis simplicitas tum incredibilis praecipuarum rerum copia, percipere posse videantur: negari tamen nequit in floribus et eligendis et curandis nonnulla irrepsisse quibus qui eos visunt facile pungantur et a delectatione admirationeque abducantur. Iam vero aliquot annis post quam Lipsiae Luciani opera in publicam lucem emissa erant ecce prodiit Parisiis eiusdem scriptoris editio recognita et brevi eaque circulatoria praefatione exornata, de qua exputare non posse ingenue me confiteor quid Iacobitzium impulerit ut iusto acerbius et vehementius iudicaret. Etenim quicunque eam perlustraverit cum aliisque accurate comparaverit, reperiet sane editorem nonnunquam infaustis auspiciis provinciam administrasse, reperiet illum non raro ita egisse ut in multis locis qui emendatione non indigerent violenter ac temerarie medici instar secaret et ureret minus anxie alia radicitus evelleret alia non fortasse meliora ingeneraret. Nihilo tamen secius huius viri opera quantum Luciano lucis et medelae redundarit perquam est facile ad demonstrandum vereorque maximopere ne Iacobitzius quominus aemuli laudes et merita libenter agnosceret vereque aestimaret livore quodam et obtrectatione impeditus sit. Atque ego quidem abhinc quinquennium fere discipulos meos in facetissimi Samosatensis hortulos introducturus cum id animadverterem subsecivis temporibus spicilegium in iis facere ambulationes spinis adhuc luxuriantibus consitas caute emundare locisque eruncatis ne inculta ac deserta manerent probabiliora ex gustu et indole scriptoris supponere constitui. Quod quomodo conficiendum putaverim ex iis ipsis quae disputavi facile cognoscere poteris.

Verum mihi temperare non queo quin rationem praeposteram istam ac perversam breviter attingam, quae quoniam criticorum editorumque quos nostra aetas tulit animos mirum quantum occupatos tenet in dies invaluit et iam civitate quasi donata est. Placet enim in tractanda arte critica ita versari, ut singulis codicum editionumque familiis in probabilem quendam ordinem redactis optimos quosque ut aiunt libros et scriptos et editos appellent,

lectiones non commodas saepenumero sine eorum auctoritate non moveant et prorsus repudiatis, quae libri deterioris notae exhibeant aut meliora aut aptiora, propter superstitiosam qua imbuti sunt codicum venerationem falsa nonnunquam et contraria cum scriptoris dictioni tum linguae indoli potius intempestiva indulgentia admittant et aequo animo sustineant quam ab inita via ac ratione vel transversum digitum discedant. Hanc quidem rationem tantum abest, ut unice probem ut summam omnino vim summamque curam in observando scriptoris cuiusque usu loquendi ponendam locumque ubi suspectum depravatumve videas, aut ex similibus inter se comparatis redintegrandum aut ex variis lectionibus sedulo iudicatis ac perpensis, quae cum scriptoris mente atque indole concurrat ac congruat, eam eligendam existimem. Cave igitur ne omnia tribuas vetustis membranis nihil intelligentiae. Utrumque vero si apte et convenienter coniunxeris permagnum verborum integritati adiumentum afferes optimeque incorrupto sermonis contextui consules. Atque hoc librarios solos venerandi studio Iacobitzium omnino non immunem esse, occasione oblata ostendam, cuius quidem in recensendo Luciano tanta fuit religio ut in multis licet vera et certa quae essent videret a codicum fide et auctoritate pendere mallet.

Iam vero constat inter omnes Lucianum non modo operam consumsisse in veterum scriptorum monuementis et pervolutandis et cognoscendis sed plurima etiam ex iis ita excerpsisse et in suis horreis condita habuisse, ut quidquid in rem suam convertere vellet inde depromeret. Quod ubi viri eruditi intellexerunt, fontes unde rivuli fluxerint, investigare coeperunt idque haud exigua nube locorum e Thucydide potissimum et Isocrate sumtorum confirmare studuerunt Fritzschius in Quaest. Luc. p. 169 sq. et in Epist. Crit. p. IX. sq. et in transcursu post alios Hermannus Sauppius in Epist. Crit. ad Godof. Hermannum a. 1841 p. 51 sq. Quae illi viri inchoarunt, ea persequi non inutile et supervacaneum erit novisque quibusdam exemplis amplificare quae congessi non dedita opera sed quomodo ea casu ac fortuito legenti mihi oblata sunt. Hac in re quoniam facile fieri poterat, ut singula quae fortasse ab alio quopiam commemorata sunt, retractarentur, libere ne aliena concupiscere videar, fateor, cum regia quae est in nostra urbe bibliotheca aut parum aut nihil subsidii ferat, varias quae huc pertineant virorum doctorum commentationes literariae supellectilis penuria cohibitum me non accipere nedum inspicere et comparare potuisse.

In Somn. c. 1. *τοῖς πλείστοις οὖν ἔδοξε παιδεία μὲν καὶ πόνου πολλοῦ καὶ χρόνου μακροῦ καὶ δαπάνης οὐ μικρᾶς καὶ τύχης δεῖσθαι λαμπρᾶς* etc. vestigia Demosthenis satis clare expressa reperiuntur qui similiter loquitur in oratione quae est de rebus Chers. p. 105. 7. ed. Dind. p. 134. ed. Reisk.: *εἰ δέ τῳ δοκεῖ ταῦτα καὶ δαπάνης πολλῆς καὶ πόνων πολλῶν καὶ πραγματείας εἶναι, . . . ὀρθῶς δοκεῖ.*

Nigrin. c. 11. *ἵνα μὴ συγκατασπάσω που πεσὼν τὸν ἥρωα ὃν ὑποκρίνομαι* redeunt eadem fere verba Rhet. Praec. c. 12 *μὴ καὶ συντρίψω που πεσὼν τὸν ἥρωα ὃν ὑποκρίνομαι* et ex parte sumta sunt e Demosthenis orat. de coron. p. 210 10. ed. Dind. p. 288. ed. Reisk. ibiq. Dissen. p. 353. — Tum c. 12. *οὗτος ἀνὴρ οὐ παύσεται τήμερον πρός με πολλῇ τῇ σκηνῇ καὶ τῇ τραγῳδίᾳ χρώμενος*: hanc coniunctionem vide ne Lucianus a Platone duxerit, qui in Gorgia p. 489. B. Calliclem haec dicentem facit: *οὑτοσὶ ἀνὴρ* (scr. *ἁνὴρ*) *οὐ παύσεται φλυαρῶν.* — Porro c. 15. *ἄγευστος ἐλευθερίας.* Plat. de rep. IX. p. 576. A. ubi natura tyranni quoque libertatis et amicitiae sensu vacui his verbis describitur: *ἐλευθερίας καὶ φιλίας ἀληθοῦς τυραννικὴ φύσις ἀεὶ ἄγευστος.* — Et c. 30. *ἥπτετο τῶν ἀμφὶ τὴν νεκυίαν καὶ διαθήκας καλινδουμένων*, eodem fere intellectu Isocrat. adv. Soph. p. 261. 5. ed. Dind. p. 295. ed. Reisk.: *χείρους ἐγένοντο τῶν περὶ τὰς ἐρίδας καλινδουμένων.*

Timon. c. 14. *ἐς τὸ σημεῖον καὶ τὸν μοχλὸν ἀσκαρδαμυκτὶ βλέποντας* referam ad Arist. Eqq. v. 292. *βλέψον εἰς μ' ἀσκαρδάμυκτος.* Locutio *ἀσκαρδαμυκτὶ βλέπειν, προσβλέπειν* redit apud Lucian. Icarom. c. 14; Catapl. c. 26.

Halcyon. c. 6. *ὁπηνίκα οὖν ἄνθρωπος ὡς ἔοικεν ἀνθρώπου τοσούτῳ διαφέρει* . . . imitatur Thucydidem I. c. 84. *πολύ τι διαφέρειν οὐ δεῖ νομίζειν ἄνθρωπον ἀνθρώπου κ. τ. λ.*

Dial. Deor. 1. 1. *τὸν κάκιστα ὀρνέων ἀπολούμενον αἰετὸν τρέφων τῷ ἥπατι.* Formula *κάκιστα ἀπολούμενος* quae ter quaterve apud Lucianum legitur hic et Dial. Deor. 14. 2; Quom. Hist. conscrib. sit c. 14; Dial. Meretr. 10. 1. imitatione posita est. Est enim Demosthenis et Comicorum. Dem. Or. de male gesta legat. p. 318. 5. ed. Dind. p. 445. ed. Reisk.: *ὑπὸ τῶν κάκιστ᾽ ἀπολουμένων ἀνθρώπων πάντα τὰ πράγματ᾽ ἀπώλετο.* Amphidis Comici apud Meinek. Fragg. Comic. Graec. III. p. 308. *ἐν ταῖς θριδακίναις ταῖς κάκιστ᾽ ἀπολουμέναις.* Alexidis apud eundem III. p. 391. *τοὺς ἰχθυοπώλας τοὺς κάκιστ᾽ ἀπολουμένους.* Eodem paene intellectu Arist. Thesm. v. 879. *πείθει τι τούτῳ τῷ κακῶς ἀπολουμένῳ* de quo vide Fritzsch. l. c. p. 340; Pherecrates ap. Meinek. l. c. II. p. 263. *οὗτος γὰρ ἡμῖν οἱ κακῶς ἀπολούμενοι κ. τ. λ.*; Antiphanes ap. eund. III. p. 87. *παραδοθέντες ἄθλιοι τοῖς ἰχθυοπώλαις τοῖς κακῶς ἀπολουμένοις σήπονται.*

Charon. c. 21. *ἢν καὶ σὺ κεκραγὼς διαρραγῇς*: componam cum verbis Demosth. in Orat. de Coron. p. 171. 25. ed. Dind. p. 232. ed. Reisk.: *οὐδ᾽ ἂν σὺ διαρραγῇς ψευδόμενος.* Adamat uterque scriptor metaphoricum illum verbi *διαρρηγνύναι* usum: ecce mihi haec: Lucian de merc. cond. c. 35; Quom. hist. conscr. sit c. 10; Demosth. de Coron. p. 186. 32. ed. Dind. p. 254. ed. Reisk.; adv. Conon. p. 172. 28. ed. Dind. p. 1270. ed. Reisk.

Vitar. Auct. c. 17. *λαμπρόν τι καὶ νεανικὸν ἐργασαμένοις*: consociavit utramque vocem etiam Demosthenes et in orat. adv. Conon. p. 171. 4. ed. Dind. p. 1267. ed. Reisk.: *καὶ ταῦτα τὰ λαμπρὰ καὶ νεανικά ἐστιν αὐτῶν* et quem locum Dissenius ad orat. de coron. p. 448. attulit, in orat. Mid. p. 35. 11. ed Dind. p. 557. ed. Reisk. *λαμπρὸν οὐδὲ νεανικόν.*

Quomodo Demosthenes in orat. de coron. p. 167. 20. ed. Dind. p. 226. ed. Reisk.: *ἐκ περιουσίας κατηγορεῖν*, eodem fere modo dixit Lucian. Pisc. c. 9. *ἐκ περιουσίας ἀπολογεῖσθαι.* — Infra c. 10. *παρέξομεν ἀφορμὰς τοῖς κατηγορεῖν ἐθέλουσι* praeivit Dem. de coron. p. 204. 6. ed. Dind. p. 279. ed. Reisk.: *ὁ τὰς ἀφορμὰς ταύτας καὶ τὰς προφάσεις αὐτῷ παρασχὼν οὗτος ἦν* ibiq. Dissen. p. 328.

Catapl. c. 21. *τεθνᾶσι πρὸς ἀλλήλων περὶ γῆς ὅρων μαχόμενοι* et *περὶ γῆς ὅρων ἐρίζειν* Icarom. c. 18. originem habent a Thucydide, qui dixit I. c. 103. *αὐτοὺς Κορίνθιοι περὶ γῆς ὅρων πολέμῳ κατεῖχον*; I. c. 122. *περὶ γῆς ὅρων διαφοραί*; IV. c. 92. *τοῖς ἄλλοις οἱ πλησιόχωροι περὶ γῆς ὅρων τὰς μάχας ποιοῦνται.* Atque *γῆς ὅρους ἀποδείξατε* habet idem II. c. 72.

Quid caussae sit, cur Lucianus de merc. conduct. c. 24. iunxerit: *καταποντιστὴς ἢ λῃστής*, pro quo in Navig. c. 14. *πειρατὴς ἢ καταποντιστὴς* posuit, apparet ex Demosthenis orat. in Aristocr. p. 117. 2. ed. Dind. p. 675. ed. Reisk.; quem cum dixisset *λῃστῶν ἦν μεστὴ καὶ καταποντιστῶν* etiam Isocrates secutus est, ex cuius Panathenaico p. 247. 10. ed. Dind. p. 280. ed. Reisk. Weberum ad Aristocr. p. 464. attulisse video: *οὐδὲν μᾶλλον ἢ τοὺς καταποντιστὰς καὶ λῃστὰς καὶ τοὺς περὶ τὰς ἄλλας ἀδικίας ὄντας.*

Apolog. pro merc. cond. c. 13. *ὡς δὴ μικρὰ μεγάλοις εἰκάζειν* dixerat iam Thucyd. IV. c. 36. *ὡς μικρὸν μεγάλῳ εἰκάσαι* et ante Thucydidem similiter Herodot. IV. c. 10. *ὥστε εἶναι σμικρὰ ταῦτα μεγάλοις συμβαλέειν.*

Hermot. c. 11. *τῶν παρόντων ὡς εἰκὸς φιλοτησίας προπινόντων* repetam ex Demosth. orat. de fals. leg. p. 273. 12. ed. Dind. p. 380. ed. Reisk.: *συνεπαιώνιζε Φιλίππῳ καὶ φιλοτησίας προὔπινε.* — c. 20. *ἔστιν ἀπόρρητα καὶ ἐν ἀφανεῖ κείμενα* ut Thuc. I. c. 42. *ἐν ἀφανεῖ ἔτι κεῖται.* — c. 30. *ἐπεὶ φέρε, εἰ κ. τ. λ.* i. e. nam agedum: simile quid legis apud Demosth. in orat. II. adv. Onetor. p. 255. 24. ed. Dind. p. 879. ed. Reisk.: *ἐπεὶ φέρε, πῶς κ. τ. λ.* — Verborum *διεξιὼν καὶ ἀκριβολογούμενος* c. 50. societas et coniunctio ducenda est ex Dem. orat. de coron, p. 172. 19. ed. Dind. p. 232. ed. Reisk.: *ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἀκρι-*

βολογοῦμαι καὶ διεξέρχομαι. — Infra c. 54. ῥᾴδιον καταμαθεῖν ἐν ὀλίγῳ μορίῳ ἡμέρας (conf. c. 56.) attendas formulam Thucydidis apud quem habes I. c. 85. ἐν βραχεῖ μορίῳ ἡμέρας pro quo brevius dicit I. c. 141. ἐν βραχεῖ μορίῳ et Plut. Fab. Maxim. c. 13 ἡμέρας μέρει μικρῷ.

Quod in Zeuxide c. 2. τὴν μὲν ὥςπερ ἐν προςθήκης μοίρᾳ συνεπικοσμεῖν τι κ. τ. λ. imitando expressit Lucianus: id Demosthenes in epistola ad Philippum p. 116. 31. ed. Dind. p. 154. ed. Reisk. hunc in modum praeivit: ἡ Μακεδονικὴ δύναμις ἐν παραθήκης μέρει ῥοπὴν ἔχει τινὰ καὶ χρῆσιν.

Scyth. c. 1. ἀπέθανε (sc. ὁ Τόξαρις) καὶ μετ' οὐ πολὺ καὶ ἥρως ἔδοξε καὶ ἐντέμνουσιν αὐτῷ Ξενίῳ Ἰατρῷ οἱ Ἀθηναῖοι. Ridet Lucianus veterum Graecorum morem usitatum illum quo fortibus iisque pro patria mortuis ducibus honores divinos decernere consuerunt eique procul dubio obversabantur quae de Brasidae et funere et cultu apud Amphipolitanos instituto memoriae prodidit Thucydides V. c. 11. οἱ Ἀμφιπολῖται περιέρξαντες αὐτοῦ τὸ μνημεῖον ὡς ἥρωι τε ἐντέμνουσι κ. τ. λ. — c. 10. ἐζήτουν γὰρ — οὐδὲ ἀποκρύψομαι τἀληθές — κ. τ. λ. secutus est fortasse Isocratem qui in Panathen. p. 223. 6. ed. Dind. p. 253. ed. Reisk. similiter οὐ γὰρ ἀποκρύψομαι τἀληθὲς interclusionis loco usurpavit.

Tyrannic. c. 8 τὸ δὲ .. διεπράξατο .. καὶ τέλος ἐπέθηκε τῷ ἐμῷ δράματι satis concordant cum his verba quae sunt in Dem. or. de coron. p. 200. 20. ed. Dind. p 274. ed. Reisk.: ἓν ἐπεξειργάσατο.. τοιοῦτον, ὃ πᾶσι τοῖς προτέροις ἐπέθηκε τέλος.

Abdicat. c. 16. ἐθελοντὴς ἄκλητος αὐτεπάγγελτος ἧκον κ. τ. λ. Demost. or. de coron. p. 182. 11. ed. Dind. p. 247. ed. Reisk. conglutinaverat ὥςτε τῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας αὐτεπαγγέλτους ἐθελοντὰς παραχωρῆσαι Φιλίππῳ.

Alexand. c. 30. μάλιστα οἱ δυνάμενοι καὶ μέγιστον ἀξίωμα ἐν τῇ πόλει ἔχοντες: transierunt verba e Thuc. IV. c. 18. οἵτινες ἀξίωμα μέγιστον τῶν Ἑλλήνων ἔχοντες ἥκομεν παρ' ὑμᾶς. — In c. 48. τοῦ ἐν Γερμανίᾳ πολέμου ἀκμάζοντος color dicendi ductus esse videtur e Thucyd. III. c. 3. καὶ τοῦ πολέμου ἄρτι καθισταμένου καὶ ἀκμάζοντος.

Locutione θέαν καταλαμβάνειν quae reperitur in Saltat. c. 5. reditque c. 85. Demosthenes usus est in orat. quae est in Mid. p. 45. 7. ed. Dind. p. 572. ed. Reisk.: ὅτι θέαν τινὸς καταλαμβάνοντος ἥψατο.

Dictionem Thucydideam illam κατὰ χώραν μένειν quam suam reddidit Lucianus Tox. c. 33. explicuit Fritzschius ad Icarom. c. 21. Locis ibi prolatis adde sodes Thuc. III. c. 22; IV. c. 76. Heliod. V. c. 28; VI. c. 1. — Infra c. 41. ἐκ παρασκευῆς μαχοῦνται dictum est post Thuc. V. c. 56. οὐδεμία μάχη ἐγένετο ἐκ παρασκευῆς. — c. 58. λιμῷ πιεσθείς: compara Thuc. VII. c. 87. λιμῷ ἅμα καὶ δίψει ἐπιέζετο.

Iup. Trag. c. 4. ὁρᾶτε τὸν κίνδυνον, ὡς ἐν στενῷ παντάπασι τὰ ἡμέτερα, ἐν ἑνὶ ἀνδρὶ κινδυνευόμενα; hausit e Thuc. II. c. 35. οἷα καὶ νῦν περὶ τὸν τάφον τόνδε δημοσίᾳ παρασκευασθέντα ὁρᾶτε καὶ μὴ ἐν ἑνὶ ἀνδρὶ πολλῶν ἀρετὰς κινδυνεύεσθαι. Alia huius dictionis exempla suppeditabunt Iacobitz. ad Iov. Trag. l. c. p. 97; Krügerus ad Thuc. l. c. p 195.

Anach. c. 39. ὁπόταν ὁρῶ τυπτομένους καθάπερ κλέπτας ἢ λωποδύτας ἤ τι ἄλλο τοιοῦτον ἐργασαμένους: dici vix potest quantopere haec concordent cum verbis quae leguntur in Isocratis orat. de Antid. p. 290. 23. ed. Dind.: εἰ μέν τις τοῦτον ἀπαγαγὼν ἀνδραποδιστὴν καὶ κλέπτην καὶ λωποδύτην μηδὲν αὐτὸν ἀποφαίνοι τούτων εἰργασμένον κ. τ. λ.

Philospeud. c. 31. ἔμαθεν οἷ βαδίζοιμι εἰς προὖπτον κακόν, ὡς ᾤετο: usus est Demosth. Olynth. III. p. 25. 22. ed. Dind. p. 32. ed. Reisk.: ὥςτε εἰς προὖπτον κακὸν αὐτὸν ἐμβαλεῖν.

Quod ab Aeschine in orat. adv. Ctesiph. p. 478. ed. Reisk.: χαλκοῖς καὶ ἀδαμαντίνοις τείχεσι .. τὴν χώραν ἡμῶν ἐτείχισε intellectu magis proprio dictum videtur esse de Attica

contra Philippi Macedonis artes et impetus auctore Demosthene maxime communita: id in hominem ferreo duroque animo praeditum transtulit Lucianns in Calum. non tem. cred. c. 20. *οὐδεὶς γοῦν οὕτω γεννάδας ἐστὶ καὶ ἀδαμάντινον τεῖχος τῆς ψυχῆς προβεβλημένος.* Conferam Horatianum illud: „hic murus aheneus esto“ in Epist. I. 1. 60. ubi vide Theod. Schmid., a quo tamen in eo dissentio quod Aeschinis verba velut similia comparavit [1]). — c. 29. *τί γαρ ἄν τις τὸν Σωκράτην λέγοι τὸν ἀδίκως ... διαβεβλημένον κ. τ. λ.* Similiter iam Plato Theaet. p. 173. C. *τί γὰρ ἄν τις τούς γε φαύλους διατρίβοντας ἐν φιλοσοφίᾳ λέγοι;*

In Pseudolog. c. 2. haec leguntur: *ταῦτά σοι καὶ αὐτὸς ἀπειλῶ, οὐ μὰ τὸν Δία, τῷ Ἀρχιλόχῳ εἰκάζων ἐμαυτόν. πόθεν; πολλοῦ γε καὶ δέω:* novissima verba derivanda sunt e Demosth. orat. de coron. p. 178. 1. ed. Dind. p. 241. ed. Reisk.: *ἀλλ' οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστιν. πόθεν; πολλοῦ γε καὶ δεῖ.* — Locus qui est in eodem capite *καὶ μηδὲν ὑποστελλομένῳ τὸ μὴ οὐχὶ πάντα ἐξειπεῖν* et a verbis et a sententia fortasse componi potest cum Isocrat. Euag. p. 170. 29. ed. Dind. p. 196. ed. Reisk.: *εἰ δεῖ συντόμως καὶ μηδὲν ὑποστελλομενον μηδὲ δείσαντα τὸν φθόνον ἀλλὰ παρρησίᾳ χρησάμενον εἰπεῖν.*

Dipsad. c. 2. *ἐκβάλλουσι θηράσοντες ἀμφὶ τροπὰς τὰς χειμερινάς:* eodem fere pacto Thuc. VII. c. 16. *τὸν Εὐρυμέδοντα εὐθὺς περὶ ἡλίου τροπὰς τὰς χειμερινὰς ἀποπέμπουσι.*

Navig. c. 2. *τῷ τῆς φωνῆς τόνῳ* et Amorr. c. 36. *τῷ τῆς φωνῆς τόνῳ:* haec dictio fluxit aut ex Demosthenis orat. de coron. p. 231. 8. ed. Dind. p. 319. ed. Reisk.: *ὁ τόνος τῆς φωνῆς* aut ex Aeschinis orat. adv. Ctesiph. p. 601. ed. Reisk.: *περὶ τῶν δακρύων καὶ τοῦ τόνου τῆς φωνῆς* et p. 602. R.: *τίς ὁ τόνος τῆς φωνῆς.* Usus ea est etiam Plutarchus sed articulo semper omisso: Coriol. c. 8. *τόνῳ φωνῆς καὶ ὄψει προσώπου.* Ibid. c. 18. *τόνῳ φωνῆς καὶ διαθέσει προσώπου.* Pelopid. c. 9. *σχήματι προσώπου καὶ τόνῳ φωνῆς.* Demetr. c. 34. *τόνου φωνῆς καὶ ῥημάτων πικρίας φεισάμενος.* Cat. Min. c. 67. *τόνον προθεὶς καὶ τραχύτητα φωνῆς.* — Verba in c. 31. *ὅτῳ δοκεῖ ὦ ἱππεῖς Ἀδάμαντον ἱππαρχεῖν ἀνατεινάτω τὴν χεῖρα* lucidam referunt imaginem loci qui est in Xenophontis Anab. III. 2. 9. *καὶ ὅτῳ δοκεῖ ταῦτ', ἔφη, ἀνατεινάτω τὴν χεῖρα.* — Fontem sententiae quam Lucianus protulit in Navig. c. 36. *ἀλαλάξαντες καὶ τὰ δόρατα κρούοντες πρὸς τὰς ἀσπίδας ἐπείγεσθε* aperuit Xenoph. Anab. IV. 5. 18. *ἀνακραγόντες ὅσον ἐδύναντο μέγιστον καὶ ἀσπίδας πρὸς τὰ δούρατα ἔκρουσαν.* Eademque paene formula idem Xenophon usus est in Anab. I. 8. 18. *ταῖς ἀσπίσι πρὸς τὰ δούρατα ἐδούπησαν* ubi vide Krüger. p. 69[2]). Atque etiam ille locus, qui est de Saltat. c. 8. ubi de armata Corybantum et Curetum saltatione agit Lucianus supparem orationis formam continet: *τὰ ξίφη κροτούντων πρὸς τὰς ἀσπίδας καὶ πηδώντων ἔνθεόν τι καὶ πολεμικόν.* — Deinde si ita Lucianus pergit l. c. *ὡς μηδὲ πληγὰς λαμβάνωμεν ἀκροβολίζεσθαι, αὐτοῖς διδόντες* aptius videtur *λάβωμεν*, quod quidem firmatur verbis Xenophonteis quae leguntur in Anab. IV. 6. 15: *καὶ φυλάττεσθαι μέντοι (καιρός ἐστι) μὴ ληφθῶμεν κλέπτοντες τοῦ ὄρους, ὡς μὴ πολλὰς πληγὰς λάβωμεν.* Locutionem *πληγὰς λαμβάνειν* usurpavit Lucian. Somn. c. 2; Dial. Deor. 24. 2; Peregr. c. 9; Saturn. c. 16.

Fugit. c. 17. *ἐν ἅπασιν ἀφθόνοις βιοῦντας* non incommode comparavit Dissen., quem vide p. 251., cum verbis Demosth. in Orat. de coron. p. 187. 13. ed. Dind. p. 255. ed. Reisk.:

1) De hoc vocis *ἀδαμάντινος* usu vide Perizon. ad Aelian. V. H. VI. 12. et Boissonad. ad Philost. Heroic. p. 405. Ceterum notum est etiam adiectiva *χάλκεος* et *σιδήρεος* a poetis et prosaicis eodem modo usurpata esse: *χάλκεον ἦτορ* Hom. Il. II. 490; *σιδηρέη κραδίη* et *χάλκεον ἦτορ* Hesiod. Theog. 764; *τίς οὕτως ἀδαμάντινος ἢ σιδηροῦς τὴν καρδίαν* Heliod. IV. c. 4; cf. VII. c. 9; *τίς οὖν οὕτω θρασὺς τὴν καρδίαν, στερρὸς τὴν ψυχὴν καὶ τὸ στέρνον σιδήρεος* Eumath. de Ism. et Ism. amorr. III. p. 80. ed. Teuch. Eundem usum vocis *σιδηρόφρων* testificatur Aeschylus, in cuius Prom. 242. est *σιδηρόφρων τε κἀκ πέτρας εἰργασμένος* et Sept. c. Theb. 52. *σιδηρόφρων θυμός.* Etiam substantivis *ἄδαμας, λίθος, σίδηρος* homines notari omni sensu destitutos docuit Iacobs ad Achill. Tat. p. 815. sq.

2) Similiter Diod. XVII. c. 58. *ταῖς σαρίσαις πάντων τυπτόντων τὰς ἀσπίδας κ. τ. λ.*

ἐν πᾶσι τοῖς κατὰ τὸν βίον ἀφθονωτέροις . . διήγαγεν κ. τ. λ. Adiungo Plut. Agesil. c. 11. ἐν ἀφθόνοις διῆγε πᾶσιν.

Demosth. Encom. c. 1. Θερσαγόρας, ἔφην, ποῖ δὴ καὶ πόθεν; eadem prorsus ratione Plato incipit eum dialogum, qui Phaedrus inscribitur p. 227. ὦ φίλε Φαῖδρε, ποῖ δὴ καὶ πόθεν; ubi conferas Stallbaumium loci nostri non immemorem.

Cynic. c. 8. ἀπὸ περάτων γῆς ἐμπορευόμενοι τὰς ἡδονάς. Xenophon. Agesil. c. 9. 4. συνελκυστέον αὐτῷ ἀπὸ περάτων τῆς γῆς τὰ τέρψοντα ubi si τῆς articulum expunxeris loci integritatem videbis restitutam. Thuc. I. c. 69. τὸν Μῆδον αὐτοὶ ἴσμεν ἐκ περάτων γῆς πρότερον ἐπὶ τῆς Πελοποννήσου ἐλθόντα.

Pseudosoph. c. 12. τὰ λοιπὰ εἰςαῦθις ἀναβαλώμεθα quomodo Plat. Symp. p. 174. E. εἰ δ' ἄλλου τινὸς ἕνεκα ἦλθες εἰςαῦθις ἀναβαλοῦ.

Philopatr. c. 2. καὶ τὸ ταυρηδὸν ἐπιβλέπειν pro quo ὑποβλέπειν maluit Wytteub. Epist. Crit. p. 46. nemo non videt aperte respici ad Plat. Phaed. p. 117. B. ταυρηδὸν ὑποβλέψας πρὸς τὸν ἄνδρα. Ταυρηδὸν βλέπειν habet etiam Arist. Ran. 804. — c. 3. ἀπίωμεν ἔνθα αἱ πλάτανοι τὸν ἥλιον εἴργουσι κ. τ. λ.: totus locus ita comparatus est, ut imaginem tenuem prodat adumbratam ex Plat. Phaedr. p. 230. B. Obversabatur is locus etiam Achilli Tat. I. c. 2.

Sed venio ad Luciani Veras Historias quas multa et dicta et cogitata ex aliis depromta continere Fritzschius l. c. ostendit, quibus alios locos a viro eruditissimo omissos adiungam. Ac primum quidem illum locum qui est I. 6. τῇ ὀγδοηκοστῇ δὲ ἄφνω ἐκλάμψαντος ἡλίου καθορῶμεν οὐ πόρρω νῆσον componam cum iis quae leguntur in Xenophontis Hellen. I. 1. 16. αἰθρίας γενομένης καὶ τοῦ ἡλίου ἐκλάμψαντος καθορᾷ τὰς τοῦ Μινδάρου ναῦς. Mox occurrunt haec: ἀνελθεῖν ἐπὶ κατασκοπῇ τῶν ἐν τῇ νήσῳ. Xenoph. Hellen. I. 4. 11. ἀνήχθη .. ἐπὶ κατασκοπῇ τῶν τριήρων. — Ver. Hist. I. 14. αὕτη μὲν ἡ τοῦ Ἐνδυμίωνος δύναμις ἦν eodem fere pacto Xen. Hell. IV. 2. 16. αὕτη μὲν δὴ ἡ μετα Λακεδαιμονίων δύναμις ἦν. — Ver. Hist. I. 15. ἐτάξαντο ὧδε et quae sequuntur narrata sunt post Thuc. I. c. 48. — Et similiter infra c. 15. ἡγεῖτο δὲ αὐτῶν Νυκτερίων ὁ Εὐδιάνακτος τρίτος αὐτὸς eundem Thucydidem respicit II. c. 79. ἐστρατήγει δὲ Ξενοφῶν ὁ Εὐριπίδου τρίτος αὐτός. III. c. 3. Κλεϊππίδης δὲ ὁ Δεινίου τρίτος αὐτὸς ἐστρατήγει. IV. c. 42. ἐστρατήγει δὲ Νικίας ὁ Νικηράτου τρίτος αὐτός. — Ver. Hist. I. 17. τῆς τροπῆς λαμπρᾶς γενομένης formatum ad Thuc. I. c. 49. ἡ τροπὴ ἐγένετο λαμπρῶς. — In Ver. Hist. I. 19. ὁ Ἐνδυμίων πέμψας ἱκέτευε .. μὴ σφᾶς περιορᾶν ἐν σκότῳ βιοτεύοντας agnosco dictionem Thucydideam illam quae est in I. c. 24. πέμπουσι .. πρέσβεις — δεόμενοι μὴ σφᾶς περιορᾶν φθειρομένους et I. c. 25. ἐδέοντο μὴ σφᾶς περιορᾶν διαφθειρομένους [3]). — Ver. Hist. I. 19. τῇ προτεραίᾳ οὐδὲν παρέλυσαν τῆς ὀργῆς ante oculos habuit Thucyd. II. c. 65. ἐπειρᾶτο τοὺς Ἀθηναίους τῆς ἐς αὐτὸν ὀργῆς παραλύειν. — Ver. Hist. I. 20. ἀποδοῦναι καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ῥητοῦ ἕκαστον χρήματος adumbrata sunt e Thuc. IV. c. 69. ξυνέβησαν τοῖς Ἀθηναίοις ῥητοῦ ἕκαστον ἀργυρίου ἀπολυθῆναι, quem locum, ut video, iam Iacobitzius adduxit. Cum verbis quae sunt Ver. Hist. I. 20. συμμαχεῖν τῇ ἀλλήλων ἤν τις ἐπίῃ recte a Fritzschio Epist. Crit. p. X. conferuntur Thucydidea illa quae pronunciantur I. c. 44. ἐπιμαχίαν ἐποιήσαντο τῇ ἀλλήλων βοηθεῖν ἐάν τις ἐπὶ Κέρκυραν ἴῃ. Ultima repeti potuerunt e Demosth. orat. de coron. p. 209. 20. ed. Dind. p. 287. ed. Reisk.: βοηθήσετ' ἐάν τις ἐπ' αὐτοὺς ἴῃ et Aesch. orat. adv.

3) Similia addas Thuc. VIII. c. 73. οὐκ ἠξίουν περιιδεῖν αὐτοὺς σφᾶς διαφθαρέντας. Xenoph. Hellen. VI. 3. 1 ἱκετεύοντας .. μὴ σφᾶς περιιδεῖν ἀπόλιδας γενομένους. Isocrat. Areopag. p. 132. 17. ed. Dind p. 154. ed. Reisk.: ἱκετεύσοντας καὶ δεησομένους μὴ περιιδεῖν αὐτοὺς γενομένους. Et alioquin hac verborum conformatione de iis qui si quid adversi cecidit aliorum auxilium implorarunt saepe usi sunt imprimis historici velut Diod. XIII. c. 7; c. 53; c. 93; XIV. c. 35; c. 52; c. 62; XVI. c. 20; XVII. c. 11; XIX. c. 70.

Ctesiph. p. 483. ed. Reisk.: *βοηθήσειν εἴ τις ἐπ᾽ αὐτὸν ἴοι.* Haec formula in foederibus ad mutuam fidem praestandam initis in usu fuisse videtur. — Ver. Hist. I. 20. *τὴν ἀποικίαν . . κοινὴν ποιεῖσθαι καὶ μετέχειν τῶν ἄλλων τὸν βουλόμενον*: fluxerunt haec e Thuc. I. c. 27. *εἰ δέ τις τὸ παραυτίκα μὴ ἐθέλοι . . μετέχειν δὲ βούλεται τῆς ἀποικίας* [4]). — Ver. Hist. I. 20. *ἐγγράψαι τὰς συνθήκας στήλῃ ἠλεκτρίνῃ* dicta sunt ad similitudinem verborum Thucydidis V. c. 47. *τὰς ξυνθήκας τὰς περὶ τῶν σπονδῶν καὶ τῶν ὅρκων καὶ τῆς συμμαχίας ἀναγράψαι ἐν στήλῃ λιθίνῃ.* — Ver. Hist. I. 28. *ἐν χρῷ τὴν γῆν παραπλέοντες* pro quo Pollux I. 113. *ἐν χρῷ τῆς γῆς παραπλέοντες* de hominibus proxime terram praeternavigantibus dixit Lucianus post Thucydidem II. c. 84. *οἱ Ἀθηναῖοι . . ξυνῆγον ἐς ὀλίγον ἐν χρῷ ἀεὶ παραπλέοντες* atque haud dissimili ratione *ἐν χρῷ παραμείβεσθαι* de fluminibus regionem aliquam aut urbem quasi radentibus usurpavit Lucian. Quom. hist. conscrib. sit c. 24; Fugit. c. 25. Conf. Lobeck. ad Soph. Ai. p. 348. — Ver. Hist. I. 30. *ἀρχὴ κακῶν μειζόνων.* Formulae *ἀρχὴ κακῶν* fundus est Homerus Il. XI. 604. *κακοῦ δ᾽ ἄρα οἱ πέλεν ἀρχή* a quo eam mutuati sunt etiam Herod. V. c. 97. *αὗται αἱ νῆες ἀρχὴ κακῶν ἐγένοντο Ἕλλησι.* Anaxandrides Comicus apud Meinekium Fragg. Graec. Comic. III. p. 195. *πολλῶν κακῶν γάρ ἐστιν ἀρχὴ τῷ βίῳ.* Eiusdem generis est quod Thuc. II. c. 12 habet *ἥδε ἡ ἡμέρα τοῖς Ἕλλησι μεγάλων κακῶν ἄρξει* ubi vide interpp. et Herod. VI. c. 67. *τὴν ἐπειρώτησιν ταύτην ἄρξειν Λακεδαιμονίοισι ἢ μυρίης κακότητος ἢ μυρίης εὐδαιμονίης.* — Var. Hist. I. 36. *διὰ μάχης ἐλθεῖν* dixit quemadmodum Thuc. II. c. 11. *ἀσφάλεια πολλὴ εἶναι μὴ ἂν ἐλθεῖν τοὺς ἐναντίους ἡμῖν διὰ μάχης.* Locutio redit apud Thuc. IV. c. 92. — Ver. Hist. I. 37. *καὶ συμμίξαντες θυμῷ καὶ ῥώμῃ διεκινδυνεύομεν*: utramque vocem copulavit Thuc. I. c. 49. *θυμῷ καὶ ῥώμῃ τὸ πλέον ἐναυμάχουν ἢ ἐπιστήμῃ.* — Ver. Hist. I. 38. *ἐκείνην τὴν ἡμέραν καὶ τὴν νύκτα ἐπηυλισάμεθα τῇ μάχῃ καὶ τρόπαιον ἐστήσαμεν* referam equidem ad Thuc. IV. c. 134. *διαφθαρέντων πολλῶν ἑκατέροις καὶ ἀγχωμάλου τῆς μάχης γενομένης καὶ ἀφελομένης νυκτὸς τὸ ἔργον οἱ Τεγεᾶται ἐπηυλίσαντό τε καὶ εὐθὺς ἔστησαν τροπαῖον.* — Ver. Hist. I. 38. *τὸ μὲν δεξιὸν κέρας ἔχοντες οἱ Ταριχᾶνες . . τὸ δὲ εὐώνυμον οἱ Θυννοκέφαλοι, τὸ μέσον δὲ οἱ* K. Xen. Anab. I. 2. 14. *εἶχε δὲ τὸ μὲν δεξιὸν Μένων καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, τὸ δὲ εὐώνυμον Κλέαρχος καὶ οἱ ἐκείνου, τὸ δὲ μέσον οἱ ἄλλοι στρατηγοί.* Ibid. *τρεψάμενοι δ᾽ αὐτοὺς . . καὶ καταδιώξαντες ἐς τὴν ὕλην κ. τ. λ.* Thuc. I. c. 49. *αὐτοὺς τρεψάμενοι καὶ καταδιώξαντες σποράδας ἐς τὴν ἤπειρον κ. τ. λ.* — Ver. Hist. I. 41. *αἱ δὲ συμπλεκόμεναι καρτερῶς διηγωνίζοντο καὶ οὐ ῥᾳδίως ἀπελύοντο*: novissima sunt Thucydidis I. c. 19. *ἐπειδὴ προςβάλοιεν, ἀλλήλοις, οὐ ῥᾳδίως ἀπελύοντο.* — Ver. Hist. I. 42. *καταθέουσιν ἀμφὶ τὰς πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν καὶ ἄλλας τρεῖς λαμβάνουσιν αὐτοῖς ἀνδράσιν· αἱ δὲ λοιπαὶ κ. τ. λ.* quis est qui non videat his similitudinem esse cum Thuc. IV. c. 14. *καὶ ἐπιδιώκοντες ὡς διὰ βραχέος ἐτρωσαν μὲν πολλὰς, πέντε δ᾽ ἔλαβον καὶ μίαν τούτων αὐτοῖς ἀνδράσι· ταῖς δὲ λοιπαῖς κ. τ. λ.* — Quae subsequuntur: *αἱ δὲ λοιπαὶ πρύμναν κρουσάμεναι*, ea manarunt procul dubio e Thuc. VII. c. 40. *οἱ Συρακόσιοι ἐξαίφνης πρύμναν κρουσάμενοι πάλιν πρὸς τὴν πόλιν ἔπλευσαν.* Conf. Thuc. I. c. 54; III. c. 78; VII. c. 70; VIII. c. 40. — Quodsi Lucianus l. c. ita pergit: *τραπόμενος πρὸς τὰ ναυάγια τῶν πλείστων ἐπεκράτησαν καὶ τὰ ἑαυτῶν ἀνείλοντο*, animo eius obversabatur narratio consimilis illa Thucydidis I. c. 50. *πρὸς τὰ ναυάγια καὶ τοὺς νεκροὺς τοὺς σφετέρους ἐτράποντο καὶ τῶν πλείστων ἐκράτησαν.* — Ver. Hist. I. 42. *ἔστησαν δὲ καὶ τρόπαιον τῆς ναυμαχίας ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τοῦ κήτους*: cavillatur Lucianus verba Thucydidis I. c. 30. *μετὰ τὴν ναυμαχίαν οἱ Κερκυραῖοι τροπαῖον στήσαντες ἐπὶ τῇ Λευκίμμῃ τῆς Κερ-*

4) Ex his aliisque locis apparet formulam illam de iis qui participes fieri vellent aut coloniae deducendae aut expeditionis suscipiendae solennem fuisse: Diod. XII c. 10. *ἐκήρυξαν . . κοινοποιούμενοι τὴν ἀποικίαν τῷ βουλομένῳ μετέχειν τῆς ἀποικίας.* Herod VI. c. 36. *Ἀθηναίων τὸν βουλόμενον μετέχειν τοῦ στόλου.*

κύρας κ. τ. λ. — Ver. Hist. II. 3. *νήσῳ μικρᾷ καὶ ἐρήμῃ προςηνέχθημεν*: conglutinationem quae pro *νῆσος ἔρημος* abiudicatur ab Atticorum usu, tuetur Thucydides, qui habet II. c. 32. *νῆσος ἐρήμη πρότερον οὖσα.* II. c. 26. *ἐν νήσῳ ἐρήμῃ.* II. c. 81. *Ναύπακτον ἐρήμην ἀπολιπεῖν* [5]). — Ver. Hist. II. 23. *ἠγγέλλοντο οἱ ἐν τῷ χώρῳ τῶν ἀσεβῶν* [6]) *κολαζόμενοι ἀπορρήξαντες τὰ δεσμὰ καὶ τῆς φρουρᾶς ἐπικρατήσαντες ἐλαύνειν ἐπὶ τὴν νῆσον*: iuvat huc vocare alium locum huic adeo similem et geminum ut semetipsum exscripsisse videatur Lucianus; invenies eum in Iov. Trag. c. 3. *οἱ Τιτᾶνες διαρρήξαντες τὰ δεσμὰ καὶ τῆς φρουρᾶς ἐπικρατήσαντες αὖθις ἡμῖν ἐναντία αἴρουσι τὰ ὅπλα* et ex parte Tox. c. 2. *ἐπιθέμενοι τοῖς δεσμοφύλαξι καὶ τῆς φρουρᾶς ἐπικρατήσαντες τὸν βασιλέα κτείνουσι.* — Ver. Hist. II. 26. Locutionem *βοὴν ἱστάναι* quae redit II. 46. poeticam verbi simplicis circumscriptionem esse manifesto declarant exempla quae Fritzschius Quaest. Luc. p. 171. congessit, quibus addas velim Arist. Thesm. 697. *οὐ πολλὴν βοὴν στήσεσθε καὶ τροπαῖον.* Sic Antiphanes apud Meinek. Fragg. Com. Graec. III. p. 112. *ὄντα δ' ἄφωνα βοὴν ἵστησι γεγωνὸν κ. τ. λ.* [7]) et quod Meinekius l. c. II. p. 1183. Aristophani reddidit: *φθέγξαι σὺ τὴν φωνὴν ἀναστήσας ἄνω.* — Ver. Hist. II. 37. *ἀνηγόμεθα σφοδρότερον κατιόντος τοῦ πνεύματος*: locutio petita est e Thuc. II. c. 84. *ὡς τὸ πνεῦμα κατήει* pro quo II. c. 25. dicitur *ἀνέμου κατιόντος μεγάλου* et VI. c. 2. *κατιόντος τοῦ ἀνέμου* ubi Dukerus nostri loci non est oblitus. Secuti sunt Plut. Camill. c. 34. *πνεύματος μεγάλου κατιόντος ἀπὸ τῶν ὀρέων ἅμα φάει* (conf. Sintenis. ad Plut. Pericl. c. 33. p. 277. sq.) et Heliodorus V. c. 27. *καὶ βόμβος ἀνέμου κατιόντος ἠκούετο.* — Ver. Hist. II. 38. *ἐπεὶ δὲ ἀποκρύψαμεν αὐτοὺς ἰώμεθα τοὺς τραυματίας* i. e. cum ex eorum conspectu venissemus curabamus vulneratos. Sic scripsit Lucianus auctore Thucydide qui id verbum eodem intellectu usurpavit V. c. 65. *ἐπειδὴ ἀναχωροῦντες ἐκεῖνοι ἀπέκρυψαν κ. τ. λ.* ubi vide interpretes. Sed haec hactenus.

Somn. c. 15. *ἐπεὶ δὲ ἀνῆλθον, ἡ μὲν ἤλαυνε καὶ ὑφηνιόχει*: hunc locum quotiescunque oculis perlustro, mirari subit quid caussae fuerit, cur hanc vulgatam lectionem recentissimi editores Iacobitzius et Parisinus tam mordicus tenerent. Nam quod Fritzschius Quaest. Luc. p. 211. recte iamdudum sed frustra monuerat recipi debere *ἡνιόχει*, id non modo varia lectione commendatur verum etiam usu Lucianeo cummaxime stabilitur a quo compositum *ὑφηνιοχεῖν* prorsus abhorret.

5) Post Thucydidem femininum adiectivi *ἔρημος* de regione urbe et via contra Thomae praeceptum usurparunt etiam Xenophon Cyrop. IV. 4. 5; Anab. III. 4. 7. eiusque imitator Arrianus, ex quo locos adstruxit Ellendt ad VI. 6. 10. p. 262.

6) In formula *ὁ χῶρος τῶν ἀσεβῶν* quomodo vox *χῶρος*, non *χώρα* nec *χωρίον* quanquam utrumque vel optimi codices nonnunquam exhibent (ut de Luct. c. 8.) solennis est — cf. Iacobitz. ad Catapl. p. 30. — ita et ordo verborum fixus usuque sancitus. Vide sis Ver. Hist. II. 17. *ἐκεῖνον ἐν τῷ τῶν ἀσεβῶν χώρῳ κολάζεσθαι*; de Luct. c. 8 *ἐς τὸν τῶν ἀσεβῶν χῶρον ἐσπέμπουσι* et quos locos Iacobitzius praeoccupavit Necyomant. c. 12; Catapl. c. 12; Ver. Hist. II. 26. Quocirca libris licet refragantibus in loco supra allato ordinandum videtur *ἐν τῷ τῶν ἀσεβῶν χώρῳ* atque adducor, ut locum depravatum qui est in Philopatr. c. 12. *εἰς τὰ τῶν μακάρων ἴχνια παρεισωδεύσει καὶ ἐκ τῶν ἀσεβῶν χώρων ἡμᾶς ἐλυτρώσατο* ita refingendum putem *ἐκ τῶν ἀσεβῶν χώρου* vel quod malim *ἐκ τοῦ τῶν ἀσεβῶν χώρου*: namque etiam singularis vocis numerus peculiaris est tum in hac tum in simili dictione *ὁ τῶν εὐσεβῶν χῶρος* in eo incerto auctoris dialogo qui inscribitur Axiochus p. 371. C.; *ἀφ' ὧν καὶ τὸ χωρίον προςαγορεῦσαι τῶν εὐσεβῶν χῶρον* Lycurg. in Leocrat. p. 201. ed. Reisk. Atque hoc Lycurgi testimonium movet me ut loco subveniam qui est Cononis in Photii Bibliotheca p. 139. 35. *οἱ Σικελιῶται τὸν χῶρον ἐκεῖνον εὐσεβῶν χώραν ἐκάλεσαν*· ubi tametsi Immanuel. Bekkerus *χῶρον* scribendnm proposuerat vocem *χώραν* integram reliquit. Scribas certa emendatione: *τῶν εὐσεβῶν χῶρον.* Consuit enim Conon suam narrationem ex pannis Lycurgi. Rara sunt exempla contraria ut *χῶρος ἀσεβῶν* Axioch. p. 371. E; *εὐσεβῶν χῶρος* Plut. Moral. p. 1322. ed. Didot.

7) Idem fere est: *διάτορόν τι καὶ γεγωνὸς ἀναβοᾶν* Lucian. Gall. c. 1; *γεγωνότερον βοᾶν* Pseudolog. c. 6; *γεγωνότερον ἐμβοᾶν* Heliod. V. c. 18; *βοὴν γεγωνοτέραν αἴρειν* Heliod. X. c. 32.

Somn. c. 17. *οὐδὲ γὰρ Ξενοφῶν ποτε διηγούμενος τὸ ἐνύπνιον ὡς ἐδόκει αὐτῷ καὶ ἐν τῇ πατρῴᾳ οἰκίᾳ καὶ τὰ ἄλλα.* Sic vulgo legitur vulgatamque Iacobitzius servavit. Hic locus cum sit in numero eorum qui deplorati plerumque dici solent varias et mutationes et emendationes provocavit. Ac primum quidem particulam *καὶ* post *αὐτῷ* quippe minus aptam Hemsterhusio auctore exterminarunt Lehmannus et qui eum secutus est Augustus Pauly, postmodum id comprobante etiam Fritzschio Quaest. Luc. p. 153. At vero ea correctione cum nihil allatum esse videretur utilitatis verbis quae facili intellectu destituta esse et contra artis leges pugnare apparet: Augustus Pauly loci corruptelam ita tueri studuit ut Lucianum negligentiae in citando incusaret. Id credat Iudaeus Apella! Alii alias medendi vias ingressi sunt. Et Schmiederus quidem scribendum coniecit: *ἐδόκει αὐτῷ καιομένη ἡ πατρῴα οἰκία*, sed voluit aut debuit certe *καίεσθαι*, quod cum a vulgatae lectionis ductibus non ita multum discederet Iacobitzi assensum tulit a Geistio optimo iure receptum est. Matthiaeus autem locum duxit refingendum interpositis verbis e Xenoph. Anab. III. 1. 11. petitis his: *ἐδόκει αὐτῷ βροντῆς γενομένης σκηπτὸς πεσεῖν ἐν τῇ πατρῴᾳ οἰκίᾳ*, stribliginem ea re Luciano se iniungere oblitus. Parisinus denique editor lacunam sic explendam arbitratus est: *ἐδόκει αὐτῷ πυρκαϊὰ ἀναστῆναι ἐν τῇ πατρῴᾳ οἰκίᾳ*, fretus opinor eo loco qui est in Tox. c. 61: *πυρκαϊὰ μεγάλη ἐξανίσταται καὶ πάντα περιεκλείετο καὶ περιεῖχεν ἡ φλὸξ ἁπανταχόθεν τὴν οἰκίαν.* Emendatio haudquaquam contemnenda. Ego quidem etsi in facillima ac speciosa admodum coniectura a Geistio repraesentata acquiescendum existimo: his emendationibus quas fecerunt viri eruditi hanc meam qualiscunque est adiicere non dubito. Suspicor enim locum tali ratione integrandum: *ἐδόκει αὐτῷ πρηστὴρ ἐμπεσεῖν τῇ πατρῴᾳ οἰκίᾳ.* Fontem emendationis peto ab eodem Xenophonte in cuius Hell. III. 1. 1. haec leguntur: *ὁ ἐν Φωκαίᾳ νεὼς τῆς Ἀθηνᾶς ἐνεπρήσθη πρηστῆρος ἐμπεσόντος* [8]).

Ad Prometh. I. c. 6. *εἴ γε ὁ μὲν οἴκοι καθ᾽ ἑαυτὸν καὶ νὴ Δία ἐν τοῖς περιπάτοις μετ᾽ ὀλίγων τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο.* Inepte vulgo legebatur: *οἴκοι καὶ καθ᾽ ἑαυτὸν νὴ Δία.* Haec verba cur transponenda censuerit Lehmannus proclive est intellectu recteque hunc ordinem praetulerunt recentissimi editores. At formulam *ἢ καὶ νὴ Δία* — de qua breviter Fritzschius Quaest. Luc. p. 155. et Stallbaumius ad Plat. Euthyd. p. 160. monuerunt — apud Lucianum usisatissimam ac paene unicam esse qui attenderit, is mecum credo in eam sententiam adducetur, ut interiecta *ἢ* particula scribendum arbitretur: *οἴκοι καθ᾽ ἑαυτὸν ἢ καὶ νὴ Δία ἐν τοῖς περιπάτοις* quemadmodum Nigrin. c. 8. *ἤδη τραγικοὺς ἢ καὶ νὴ Δία κωμικοὺς φαύλους ἑώρακας ὑποκριτάς.* Vit. Auct. c. 7. *δέδια . . . μή με ὑλακτήσῃ προσελθόντα ἢ καὶ νὴ Δία δάκῃ γε.* De merc. conduct. c. 19. *τὴν ψυχὴν τὴν ἐμαυτοῦ ἢ καὶ νὴ Δία τῶν παίδων . . .;* Hermot. c. 30. *οἱ δὲ περιστάντες ἐρωτῷέν με ἢ καὶ νὴ Δί᾽ ἐς δικαστήριον ἀγαγόντες κ. τ. λ.* quomodo locum secundum diversas librorum scripturas constitui iusserat Fritzschius l. c.; deinde c. 68. *ἄκρῳ τῷ δακτύλῳ ἀγόμενος ἢ καὶ νὴ Δία καλάμῳ τινὶ κ. τ. λ.* Ibid. c. 82. *οὐκ οἴει μακρῷ χείρω ἂν αὐτὸν ἐξεργάσασθαι ἢ καὶ νὴ Δία ἴσως τῷ δημίῳ παραδεδόσθαι;* Conf. Imagg. c. 20; de Luctu c. 13. *ἡ μήτηρ ἢ καὶ νὴ Δία ὁ πατὴρ* ubi *ἢ* intermittere non dubitavit Iacobitzius praesertim cum ea particula in cod. Vindob. 123. exstet. Ibid. c. 18; Rhet. Praec. c. 20; c. 23. — Itaque suborta mihi est suspicio, auctorem quisquis est eius libelli, qui inscribitur Amores c. 29. *ὡς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ περὶ φόνου καὶ πυρκαϊᾶς ἢ καὶ νὴ Δία φαρμάκων ἀγωνιζόμενος ὑπερφυῶς ἐπαθήνατο* scripsisse pro *ἢ νὴ Δία.* Nec multum ab his discrepant loci in quibus sententia disiunctiva in suas partes ita distribuitur ut particulam *ἢ* semel vel bis collocatam formula *ἢ καὶ νὴ Δία* deinceps excipiat: Tox. c. 35. *εἴ τις ἄπροικον ἔγημεν αἰσχρὰν γυναῖκα ἢ εἴ τις ἀργύριον ἐπέ-*

8) In transcursu moneo somnium simile dormienti Thyamidi visum narrari ab Heliod. I. c. 18. *κατὰ τὴν Μέμφιν τὴν ἑαυτοῦ πόλιν τὸν νεὼν τῆς Ἴσιδος ἐπερχόμενος λαμπαδίῳ πυρὶ τὸν ὅλον ἐδόκει καταλάμπεσθαι κ. τ. λ.*

δωκε γαμουμένῃ θυγατρὶ φίλου ἀνδρὸς δύο τάλαντα ἢ καὶ νὴ Δί' εἴ τις παρέσχεν ἑαυτὸν κ. τ. λ. ubi alterum ἢ quanquam in libris deest ex Lehmanni coniectura hodie merito receptum aliisque id genus testimoniis munitum est: Pseudolog. c. 13; Somn. c. 2; de morte Peregrin. c. 28. Sic ab initio orationis Pro Imagg. c. 3. ἢ καὶ νὴ Δία, εἴ τις κ. τ. λ.

Prometh. I. c. 7. εἰ μὴ ἄρα τις ἐμὲ διέλαθε κ. τ. λ. Malim εἰ μή τις ἄρα. Hoc ut confirmetur et manifestius declaretur: eodem verborum ordine scripsit Lucian. Tim. c. 4. εἰ μή τις ἄρα πάρεργον Ὀλυμπίων καὶ οὗτος. Pseudolog. c. 3. εἰ μή τις ἄρα ἐξ Ὑπερβορέων ἄρτι ἐς ἡμᾶς ἥκοι κ. τ. λ. Non aliter Plutarch. Fab. Max. c. 4. εἰ μή τις ἄρα βούλοιτο τῆς τριάδος ὑμνεῖν τὴν δύναμιν. Aemil. Paul. c. 12. εἰ μή τις ἄρα τὴν Περσέως φιλαργυρίαν Αἰμιλίῳ τύχην ἀγαθὴν . . γενέσθαι φησί. Lys. c. 26. εἰ μή τις ἄρα γεγονὼς ἐξ Ἀπόλλωνος ἀφίκοιτο τῷ πολλῷ χρόνῳ. — Quae continuo sequuntur verba seu obscura sive corrupta τοιούτους πιτυοπάμπτας καὶ τραγελάφους καὶ αὐτὸς συντεθεικώς: tam gravi morbo cubant affecta, ut ea sanari posse prope desperent viri eruditi. Mihi quidem intellectu difficilia videntur et inextricabilia. Qua de caussa medicum me peritiorem et sollertiorem exspectent qui opem ferat, nisi forte hunc nuper invenerunt Fritzschium qui iis curationem adhibuit ad Arist. Ran. 937. p. 311. Sanavit autem locum scribendo partim cum Wetstenio partim Toupio: εἰ μὴ ἄρα τις ἐμὲ διέλαθε πιτυοκάμπτης, τοιούτους τραγελάφους καὶ αὐτὸς συντεθεικώς: sed debebat etiam verborum qualem proposui ordinem restituere.

Nigrin. c. 6. καὶ μὴν τοῦτό γε οὐ μεθύειν ἀλλὰ νήφειν τε καὶ σωφρονεῖν ἐστιν· ἐγὼ δὲ βουλοίμην ἄν, εἰ οἷόν τε, αὐτῶν ἀκοῦσαι τῶν λόγων. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ καταφρονεῖν αὐτῶν οἶμαι θέμις, ἄλλως τε εἰ καὶ φίλος καὶ περὶ τὰ ὅμοια ἐσπουδακὼς ὁ βουλόμενος ἀκούειν εἴη. Hoc in loco vitium latere neminem fugit. Nam cum pronomen αὐτῶν apte ad antecedens τῶν λόγων referri non posset: Clericus aliquid excidisse voluit; τῶν βουλομένων ἀκούειν inserendum statuit M. Gesnerus; οὐδὲ γὰρ οὐδὲ καταφρονεῖν ἄν σοι vel potius ἄν του οἶμαι θέμις emendari iussit Hemsterhusius; λιτῶν commendavit Iacobsius; Lehmannus αὐτῶν pro neutro accepit quod tolerari nequit; vocem αὐτῶν ut absurdam vi et furca eiiciendam existimavit Iacobitzius, a quo non dissentit Schoenius (conf. Museum des Rheinisch - Westphälischen Schulmänner-Vereins a. 1841. I. p. 162.); Urbanio denique in Actis Societat. graec. I. p. 262. φθονεῖν in locum verbi καταφρονεῖν substituendum visum est hoc sensu: „atque hoc quidem non est ebrium sed sobrium atque temperantem esse. Ego vero optarim si fieri possit, ipsam illam audire orationem. Neque enim invidere eam (sie vorzuenthalten), opinor, fas est, praesertim si, qui audire cupit, et amicus est eidemque studio deditus.“ Quam emendationem ut idoneo exemplo firmaret attulit vir doctus Luc. Necyom. c. 2. μηδαμῶς ὦ Μένιππε πρὸς τοῦ Διός, μὴ φθονήσῃς τῶν λόγων φίλῳ ἀνδρί. Probarem equidem si a me impetrare possem ut verbum καταφρονεῖν a librariis depravatum esse crederem. Immo vero corruptela non in verbo sed in pronomine quaerenda videtur quod a scribis perperam bis positum est. Quidni enim pariter errare poterant eorum oculi et manus? Nimirum finge tibi homuncionem a philosopho quodam suae aetatis egregio eruditum excultumque et in patriam regressum per vicos quieto et placido gradu incedentem, doctrina percepta superbientem ac supercilia supra tempora attollentem, suos cives nec adspectu neque solitis sermonibus dignantem. Hic forte fortuna obvius factus amico et sodali eiusdem disciplinae oratur ut caussas tam subitae animi mutationis exponat praeceptaque in aliena urbe a magistro audita secum communicet **nec alium quempiam** contemnat ac despiciat cui peregrinari praeclarosque philosophos audire negatum sit praesertim si qui audire velit et amicus sit et eodem teneatur studio. Verum si hoc est quod disputavi non dubium est quin scribendum sit ex parte cum Hemsterhusio ἄλλου του pro αὐτῶν. Posset vero etiam partim cum Gesnero corrigi τῶν ἀκουσομένων nisi ea esset interpretatio non emendatio. Quae olim hariolatus sum ἀτεχνῶς i. e. omnino vel potius ἀτενῶς reponendum ratus ut haec verborum sententia evaderet: non sane perpetuo fastu

efferri, credo, fas est, praesertim si qui audire cupit et amicus est et eodem tenetur studio — ea nunc minus placent quia adverbium illud iam per se raro usurpatum a dictione Lucianea plane abhorret [9]). Poteris etiam cum Rudolpho Skrzeczka amico meo non minus eleganter *τῶν ἀστῶν* pro *αὐτῶν* reponere.

Nigrin. c. 10 *ὡς εὖγε νὴ τὸν Ἑρμῆν καὶ κατὰ τὸν τῶν ῥητόρων νόμον πεπροοιμίασταί σοι*. Malim *ὑπέρευγε* quomodo Paris. c. 9. *ὑπέρευγέ μοι δοκεῖς ὁρίσασθαι τὴν σεαυτοῦ τέχνην*.

Nigrin. c. 11. *καὶ ταῦτα μὲν ἃ σὺ διῆλθες ἐβουλόμην ἂν εἰρῆσθαί μοι, κἀκεῖνα δέ, ὅτι οὐχ ἑξῆς οὐδὲ ὡς ἐκεῖνος ἔλεγε, ῥῆσίν τινα περὶ πάντων ἐρῶ*. Ante Iacobitzium *ὅτι γε οὐχ* etc. legebatur. Quae emendatio quanquam codicum Vindobon. 123. et Augustani tertii suffragiis nititur, particulam *γε* tamen non abiecerim omnino sed alterum enunciati membrum quod quodammodo priori oppositum est, ut cum maiore vi efferatur lectorisque animus ad id fortius intendatur, id quod sententia efflagitat, transpositione scribendum censuerim: *κἀκεῖνα δέ γε ὅτι* etc. Exemplis in re nota non opus est cupidosque amando ad meas Observationes in Xenoph. Hell. a. 1839. p. 12.

Nigrin. c. 14. *καὶ τοῦ κήρυκος ἀνειπόντος ὅτι παρὰ τὸν νόμον ἐποίησε τοιαύτῃ ἐσθῆτι θεώμενος* etc. Demiror Iacobitzium in vitiata hac scriptura acquiescere quam certissimam Hemsterhusii emendationem *ἐποίησεν ἐν τοιαύτῃ* amplecti maluisse. Nam praepositio *ἐν* quam facile intercidere potuerit res posita in oculis [10]). Conf. Iacobs. Additam. Animadv. in Athen. p. 58. Itaque non temerarie ut Iacobitzius iudicavit editor Parisinus sed considerate egit, quod emendationem necessariam illam quae vix dubitari potest quin a Luciani manu sit profecta, praeeunte Lehmanno recepit meritoque nuper id quod exspectaram assensu suo comprobavit etiam Fritzschius ad Arist. Ran. 941. p. 365.

Nigrin. c. 35. *ἐγὼ δὲ τέως μὲν ἤκουον αὐτοῦ τεθηπὼς μὴ σιωπήσῃ καὶ πεφοβημένος*: ordinem verborum perturbatum hoc modo restituas: *τεθηπὼς καὶ μὴ σιωπήσῃ πεφοβημένος* vel quod praestat: *τεθηπὼς καὶ πεφοβημένος μὴ σιωπήσῃ*.

Nigrin. c. 37. *τὸ δὲ ἐνεχθὲν εὖ μάλα ἐντόνως καὶ διακόψαν ἄχρι τοῦ διελθεῖν μένει τε καὶ πολὺ τοῦ φαρμάκου ἀφίησιν*. Vocabulum *ἐντόνως* magnam suspicionem movet quod nisi hoc uno loco apud Lucianum non legitur idque receptum demum auctoritate cod. Vindob. 123. pro *εὐτόνως*. At si attenderis ad usum Lucianeum longe probabilius videbitur reponendum *εὐστόχως* quod facile in *εὐτόνως* librariorum errore corrumpi potuit. Namque utuntur cum antiquiores scriptores tum potissimum Lucianus hac voce verbis iaculandi et loquendi ita consociata ut de telo perite contorto pariter dicatur ac de sermone gravi animumque feriente. Conf. Bast. Epist. Crit. p. 234. Iacobs. ad Achill. Tat. p. 574. Atque priorem formulae si-

9) Ceterum in absoluto usu verbi *καταφρονεῖν* pro *φρονηματίαν εἶναι* i. e. fastu efferri, turgere, si quis offendat tolletur omnis scrupulus et dubitatio inspectis iis quae edisseruit Schaeferus ad Demosth. I. p. 472.

10) Ad eum locum, quem ut labe quadam inquinatum mihi notavi ex Arrian. II. 11. 6. *καὶ ἔστε μὲν ὁμαλοῖς χωρίοις ἐν τῇ φυγῇ ἐτύγχανεν ἐπὶ τοῦ ἅρματος διεσώζετο* nihil monuit Ellendtius. Sed ad Arrian. III. 21. 14. ubi de varia lectione verborum *ἐντυγχάνειν, προςτυγχάνειν* et *ἐπιτυγχάνειν* eorumque apud Nicomediensem usu agitur, ego vix satis capio, quomodo amicus meus nonnullorum codd. et edd. vett scripturam *τυγχάνει* probare et dicere potuerit non absque omni ratione id scriptum esse loco de quo sermo est respecto. At loquendi consuetudinem tamen huic rationi adversari nemo infitias ibit. Quisnam amabo simplex verbum *τυγχάνειν* notione compositi *ἐντυγχάνειν* usurpavit unquam? quid? ad suam rationem stabiliendam quis unquam locum attulit de cuius integritate fuere qui dubitarent. Dubitavit autem et recte quidem Schneiderus qui *ἐνετύγχανεν* pervoluit cuiusque emendationem praeferendam duxit Carolus Guilielmus Krügerus Pflugkii coniecturae: *ἔστε μὲν ἐν ὁμαλοῖς χωρίοις ἡ φυγὴ ἐτύγχανεν*. Conf. Krüg. Praef. p. VIII. Locum cum aliquando in numero eorum referrem, in quibus praepositio *ἐν* facile a praecedenti syllaba absorberi potuit nulla fere verborum mutatione facta tentabam: *ἔστε μὲν ἐν ὁμαλοῖς χωρίοις ἐν τῇ φυγῇ ἐτύγχανεν*. Quippe quamvis mihi haud diffitear melius videri si Arrianus scripsisset: *ἔστε μὲν ἐν ὁμαλοῖς χωρίοις φεύγων ἐτύγχανεν*, tamen nemo opinor hodie desiderabit participium verbi substantivi omissum. Consule Lobeckium ad Phryn. p. 277.

gnificationem testantur Xen. Cyrop. I. 4. 8. *καὶ διατεινάμενος εὐστόχως βάλλει εἰς τὸ μέτωπον.* Lucian. Prom. I. c. 2. *καὶ εἴ γε σοι τοῦτο βούλεται εἶναι ὁ Προμηθεὺς πάνυ εὐστόχως ἀποτετόξευται.* Dial. Meretr. XII. 1. *προκύψας πως εὐστόχως προςηκόντισας ἐς τὸν κόλπον αὐτῆς* quibus adde quae leguntur Amorr. c. 45. *ἐν εἰρήνῃ μελετᾷ τὰ πολεμικὰ ἄκοντας ἀφιεὶς καὶ βέλη δι᾽ εὐστόχου δεξιᾶς ἀποπάλλων.* Alterius generis ecce haec: Plat. de Legg. VII. p. 792. D. *ἣν δὴ διάθεσιν καὶ θεοῦ κατά τινα* (Astius male scripsit *κατὰ τινὰ*) *μαντείας φήμην εὐστόχως πάντες προςαγορεύομεν.* Plut. Phoc. c. 17. *καὶ πολλὰ καὶ πρὸς τὴν Ἀλεξάνδρου φύσιν καὶ βούλησιν εὐστόχως εἰπὼν οὕτω μετέβαλε.* Herodi. IV. c. 9. *εὐστόχως λέγειν.* Diod. XX. c. 2. *εὐστόχως εἰρῆσθαι.* Lucian. adv. Indoct. c. 15. *τοῦτο μέν γε πρὸς σὲ μάλα εὐστόχως ἂν εἰρημένον εἴη.* Demon. c. 12. *βούλομαι ἔνια παραθέσθαι τῶν εὐστόχως τε καὶ ἀστείως ὑπ᾽ αὐτοῦ λεγομένων* et simili modo c. 39. *καὶ μὴν καὶ πρὸς τὰς ἀπόρους τῶν ἐρωτήσεων πάνυ εὐστόχως παρεσκεύαστο.* Nigrin. c. 36. *τοξόται δὲ πολλοὶ μὲν ἀνὰ τὸν βίον καὶ μεστοὶ τὰς φαρέτρας ποικίλων καὶ παντοδαπῶν λόγων οὐ μὴν πάντες εὔστοχα τοξεύουσιν.* (v. Iacobs. l. c.) Luculentissimum vero omnium testimoniorum habes in Nigrin. c. 35. *καὶ μάλα εὐστόχως ἐνεχθεὶς ὁ λόγος αὐτὴν εἰ οἷόν τε εἰπεῖν διέκοψε τὴν ψυχήν,* quae verba vix dici potest quantopere cum nostro litigioso loco congruant. Pari ratione *λόγοι εὔστοχοι καὶ τεθηγμένοι* vocantur a Luciano Tox. c. 11. et secundum haud raram illam sermonis cum telo comparationem Hercul. c. 6. *καὶ τά γε βέλη οἱ λόγοι εἰσὶν οἶμαι καὶ εὔστοχοι καὶ ταχεῖς καὶ τὰς ψυχὰς τιτρώσκοντες.*

Nigrin. c. 38. *ποῖον αὖ λέγεις;* de adulterina partucula *αὖ* quippe quae idoneo intellectu careat duas communicavit Fritzschius Quaest. Luc. p. 51. coniecturas: tertia accedat mea: *ποῖον τοῦτο λέγεις;*

Iudicium Vocal. c. 4. *ὡς εἴθε καὶ τῶν ἄλλων ἀνεκόπησαν τότε αἱ τόλμαι εὐθὺς ἀρξαμένων παρανομεῖν* etc. Fritzschius qui aliud respiciens haec verba tractavit in transcursu locum qui est in Amorr. c. 25. ubi *ὡς εἴθε* duae membranae et editiones habent, inserta *γε* particula emendavit codicis Oxoniensis auctoritate fretus. Probo. At nostro loco manum emendatricem admovere neglexit ubi etiamsi libri non addicant, id quod Luciani dictio postulat, itidem *γε* infarciendum scribendumque videtur: *ὡς εἴθε γε.* Exempla eius formulae e Luciano petita etsi aegre ferebam quod vir graece eruditissimus et in Quaest. Luc. p. 57. et ad Arist. Thesm. 934. p. 361. praeoccupasset, mox tamen bona fide in gratiam cum eo redii cum sagacitatem eius diligentiamque fugisse viderem Heliodori verba quae sunt in lib. X. c. 9. *ὡς εἴθε γε ἦν καὶ τὰς διὰ τῶν ἄλλων ζώων θυσίας κεκωλῦσθαι* (Coraius perperam *κεκωλύσθαι*) *κ. τ. λ.* Similiter copulantur *καὶ εἴθε γε* Lucian. mer. cond. c. 26. et Tox. c. 18; atque Heliodorus non aliter nisi particula *καὶ* aut *ἀλλὰ* praemissa hanc formulam usurpavit: *καὶ εἴθε γε* II. c. 16; VIII. c. 12; *ἀλλ᾽ εἴθε γε* II. c. 23; X. c. 7.

Iudic. Vocal. c. 9. *ἀλλὰ τί λέγω ταῦτα;* Scribo ordine inverso: *ἀλλὰ τί ταῦτα λέγω;* Charid. c. 25. *ἀλλὰ τί ταῦτα λέγω;* Arist. Lys. 744. *τί ταῦτα ληρεῖς;* His sunt consimilia quae suppeditat Dem. de Coron. p. 234. 8. ed. Dind. p. 323. R.: *ἀλλὰ τί ταῦτ᾽ ἐπιτιμῶ;* et Or. Phil. II. p. 57. 24. ed. Dind. p. 73. Reisk.: *τί δὴ ταῦτα νῦν λέγω;* Alia huius perpetui et constantis apud Lucianum ordinis exempla composuit Fritzschius Epist. Crit. p. XXI.

Timon. c. 4. *ἢ πότε κολάσεις τὴν τοιαύτην ἀδικίαν;* ita Lehmannus Iacobitzius Geistius; sed proba est scriptura *κολάσῃ* quam codex Parisinus primus pro varia lectione subministrat meritoque editorem Parisinum fautorem patronumque nacta est. Verbi enim *κολάζειν* futurum formae mediae rariore usu esse quo iure docuerit Krügerus Gr. gr. p. 169. expiscari non queo. Minime vero. Id potius de futuro activi generis valere quod nonnunquam in dubium vocatum paucis tantummodo locis sine ulla lectionis diversitate invenitur exempla a me collecta evidenter evincunt, quae ad sententiam meam tuendam adscribere non piget. Atque primum quidem futuri activae formae qui patrocinium suscipiant non indigni loci sunt hi:

κολάσομεν Xenoph. Cyrop. VII. 5. 83; *κολάσετε* Dem. orat. in Androt. p. 68. 16 Dind. p. 605. ed. Reisk.; *κολάσουσι* Xenoph. de rep. Athen. c. 1. 9. quem locum iam Lexicographi attulerunt. Sed *κολάσετε* quod apud Lys. orat. in Philonem §. 29. 4. libri mss. praebent et ubi scripturae *κολάσετε*, *κολάσητε*, *κολάζετε* huc illuc fluctuant, sedem concessit lectioni vulgatae *κολάζοιτε* quam cum Stephano et Bremio promulgavit Carolus Förtschius. Medii autem futuro *κολάσομαι* usi sunt Theopompus Comicus apud Meinekium Fragg. Com. Graec. II. p. 801; *κολάσεται* Lucian. in Iov. Conf. c. 18; *κολάσεσθε* Xenoph. Hell. I. 7. 19. (20); Anab. II. 5. 13, ubi dele *ἂν*, quoniam ego quidem a ratione eorum dissideo, qui particulam *ἂν* cum indicativo futuri conglutinari posse autumant. Ex iis quae pertractavi suapte sponte emergit, activam futuri formam mediae aut postponendam aut certe aeque bonam esse. Per digressionem nonnulla verborum futura activi generis afferre iuvat quae ab usu politiorum Atticorum aliena in legendis scriptoribus praecipue sequioribus reperi. *Ἄισει* Xenoph. Ephes. III. c. 5; Eumath. VII. p. 310. ed. Teuch. et VI. p. 240. ubi cod. Monac. 113. *ἀγεῖ* (f. *ἄγει*) exhibet quomodo retulit Iacobs. ad Achill. Tat. p. 795. — *Ἀγνοήσεις* Lucian. Dial. Deor. I. 2; *ἀγνοήσει* de saltat. c. 57. et c. 61; *ἀγνοήσομεν* Pseudosoph. c. 4; *ἀγνοήσουσι* Pseudolog. c. 21; *ἀγνοήσειν* Somn. c. 14; — *Ἀνιάσεις* Alciphr. Epist. I. 36; Aristaen. Ep. I. 21; — *Βιώσεις* ut Fritzschius et Iacobitzius edi iusserunt Navig. c. 26. obliteravit editor Parisinus et suo arbitratu dedit *βιώσει*[11]); Menand. v. 270. apud Meinek. Fragg. Comic. Graec. IV. p. 347. — *Γαμήσεις* Lucian. Rhet. Praec. c. 8. et c. 9; Tim. 2. 52; *γαμήσει* de domo c. 22; *γαμήσειν* Dial. Meretr. VII. 1; aoristi formae inde derivatae reperiuntur *γαμήσας* Lucian. de Luctu c. 13; *γαμήσειας* Rhet. Praec. c. 6; Dial. Deor. V. 4. — *Ἐπαινεῖν* verbi forma futuri media apud Lucianum praeponderat[12]); activa ter tantum usus est: *ἐπαινέσουσι* Harmonid. c. 2; *ἐπαινέσειν* Parasit. c. 1; et qui libellus Luciani nomen fert Charidem. c. 15. *τῶν ἐπαινεσόντων*. Conf. Krüger. ad Xenoph. Anab. I. 4. 16. Singularem passivi futuri formam *ἐπαινηθησόμενος* habet Long. Past. IV. c. 4. — *Ἐπομόσεις* Aristaen. Epist. I. 6. — *Θαυμάσεις* Heliod. II. c. 8. Quem locum e Xenoph. Hellen. V. 1. 14. *θαυμάσεις* adscripseram unicum ni fallor Xenophonteum, mutavit Schneiderus *θαυμάσαιτε μὲν ἂν ἴσως* et Dindorfius merito secutus est. Quippe in Victor. exstat: *θαυμάσετε μὲν ἂν ἴσως*. Poppo ad Cyrop. I. 4. 16. p. 44. voluit *θαυμάσεσθε*. Aliter iudicavit Lobeck. ad Buttm. Gr. II. p. 85. Sed in Xen. Cyr. V. 2. 12. dolet Bornemannum in editione maiore contra suffragia codd. Vatic. et Paris. B. *θαυμάσουσι* divulgasse pro *θαυμάζουσι*. — *Κερδήσει* Heliod. VIII. c. 8. *τεθνήξεται καὶ κερδήσει τὸ ἐναγὲς τῆς πράξεως*, ubi haud scio an *κερδήσεται* reponendum sit cum terminatio *ται* propter articuli

11) Hanc correctionem non magis probo quam *λήψει* Dial. Mort. XXIII. 2. ex uno cod. Oxon. receptum pro *λήψῃ* et *μορμολύττει* Dial. Meretr. IX. 5. de sententia Valckenarii illatum pro *μορμολύττεις*, expe s librorum fide. Atque cum Fritzschius Quaest. Luc. p. 207. in eam opinionem incidisset ut Conviv. c. 4. *ἕξει* scriptum coniiceret pro absurde *ἥξεις* tum editor Parisinus id cupide arripiens promulgavit et *δεήσῃ* quod continuo sequitur cum cod. 1041. pari modo in *δεήσει* immutavit. Verum tamen haec exemplorum quae ne firmo quidem fundamento nituntur paucitas movet me ut terminationem *ει* antiquam illam quam Atticam dicunt, in secunda persona passivi ac medii generis in praesenti et futuro indicativi ab usu Lucianeo penitus alienam esse existimem Ubique enim si quidem tria illa *βούλει οἴει ὄψει* exemeris scripturam in *η* expressam invenies. Rem ut paucis duntaxat absolvam, praesentis testimonia haec sunt: *ἀναδύῃ* Navig. c. 27; *ἀπέρχῃ* Dial. Meretr. XII. 2; *διηγῇ* Conviv. c. 10; *ἡγῇ* Cynic. c. 7; *θρύπτῃ* Dial. Meretr. XII. 1; Conviv. c. 4; *πρίῃ* Dial. Meretr. XII. 2; *προθυμῇ* Conviv. c. 4; *φέρῃ* Deor. Conc. c. 6; futuri autem: *αἰτιάσῃ* Saturn. c. 4; *ἀκούσῃ* Dial. Mort. X. 13; Vit. Auct c. 26; *γνώσῃ* Catapl. c. 25; *εἴσῃ* Dem. Encom. c. 25; Gall. c. 15; Rhet. Praec. c. 13; Dial. Deor. XIII. 2; Dial Meretr. IX. 5. alia: *ἔσῃ* Somn. c. 9; Dial. Mort. XXII. 1; XXIII 3; Contempl. c. 22; Saturn. c. 5; *εὔξῃ* Navig. c. 46; *λήψῃ* Navig. c. 47; *λυπήσῃ* Dial. Meretr. XII. 2; *παύσῃ* Dial. Deor. XIII. 2; Saturn. c. 8; *τετρώσῃ* Navig. c. 36. al.

12) Lucianea haec sunt: *ἐπαινέσομαι* Dial. Deor. XVII. 2; *ἐπαινέσῃ* Anach. c. 14; *ἐπαινέσεται* Prom. II. c. 15; Hermot. c. 27; Gall c. 10; Fugit. c. 22; *ἐπαινεσόμεθα* Dem. Encom. c. 21; *ἐπαινέσεσθε* Asin. c. 25; *ἐπαινέσονται* Somn. c. 7; c. 9; Harmonid. c. 2; Quom. hist. conscr. sit c. 11; c. 61; Phalar. I. c. 6; Anach. c. 10; de domo c. 5; *ἐπαινέσεσθαι* Dial. Deor. XVIII. 2.

vicinitatem facile perire potuerit [13]). Atque aoristus inde profectus praeter locos quos ex Heliodoro iam Lobeck. ad Phryn. p. 740. attulit, reperitur ibidem V. c. 6. *κερδήσωμεν*; V. c. 29. *κερδήσαντες*. Adde Achill. Tat. V. c. 6. *ἐκερδήσαμεν*. Charit. VI. c. 2. *κερδήσας*. — *Οἰμώξει καὶ κλαύσεται* Long. Past. III. c. 19. quanquam qui *οἰμώξεται* scribi velit me quidem omnino non adversantem habebit. Sed activam huius futuri formam satis communiunt duo qui in promtu sunt ex Heliodoro loci IV. c. 6; VIII. c. 13. Adi Monkium ad Eur. Alc. 645. — *Πήσεσθαι* Heliod. VIII. c. 15; X. c. 16. In verbis quae sunt apud Ctesiam in Persic. c. 5. ed. Lion. *Οἰβαρᾶς* (Bekk. *Οἰβάρας*) *δεδιὼς μὴ τὰ ὅμοια πείσεται* scripturae *πήσεται* vestigia monstravit codex Bessarioneus apud Bekkerum in Photii Bibl. LXXII. p. 36. b. 30. — *Πέτομαι* verbi futurum inter *πετήσομαι* et *πτήσομαι* vacillat apud Lucianum qui breviore hac et legitima forma sine ulla lectionis discrepantia utitur Prom. II. c. 2. *καταπτήσεται*; Tim. c. 40. *ἀναπτήσομαι*: reiectanea illa Prom. II. c. 20. *ἐπιπετήσεσθαι* quam iniuria ut equidem arbitror e cod. Vindob. 123. edidit Iacobitzius et Epist. Saturn. c. 35. *ἐκπετήσονται*. At vero Lucianum ita scripsisse vix mihi satis liquet et utroque loco futurum Atthidi usitatum restituendum iudico. — *Πλεύσω* futuri optativus *πλεύσοι* est apud Charit. III. c. 8; indicativus compositi *συνεκπλεῖν* apud Eumath. XI. p. 392. *συνεκπλεύσω*; VI. p. 268. *συνεκπλεύσεις*; VII. p. 278. *συνεκπλεύσει*: *πλεύσω* habet Philemo Comicus apud. Meinek. Fragg. Comic. Graec. IV. p. 45. — *Πνεύσω* futuri optativo usus est Eumath. VII. p. 284. *μὴ . . . ἀντιπνεύσοις*. — *Τρέχω* format futurum *ἀποθρέξομαι* Luc. Lexiph. c. 3.

Tam bona occasione aliquot aoristos primos verborum authypotactorum a consuetudine Atticorum alienos cum a Lobeckio dilectissimo praeceptore in commentatione egregia illa ad Phyn. p. 713. deposita inobservatos invenirem coronidis loco subiungere placuit: *ἵνα ἐξάξῃς ἡμᾶς ἀπὸ ζάλης* Eumath. VII. p. 296. *Ἀναλήψας* Charit. III. c. 1. occupat editionem Lipsiensem. Dorvillii coniectura *ἀνανήψας* omnium fere plausum feret. Aoristi scripturae *ἀπελεύσασθαι* quam Charitoni I. c. 3. auferendam merito contendit Lob. l. c. p. 721. incassum patrocinatus est Dorvillius: nam vix usquam alterum reperias exemplum. Tale quid hodie ne tirones quidem corrigere dubitabunt, quippe pariter inauditum et contra omnem rationem formatum ac Pauvii *ἐτεθνηξάμην* apud Boissonad. ad Aristaen. Epist. II. 17. p. 171., Iacobsii *ἠκουσάμην* nescio nunc quo loco apprime commendatum et hic illic apud Demosthenem varia lectione sustentatum [14]), Iacobitzii denique *οἰμώξωμαι*, quae aoristi forma inviolata mansit Lucian. Catapl. c. 20. *οὐδέν ἐστιν ἐφ' ὅτῳ ἂν οἰμώξωμαι εὐπλοῶν*. Longe verius editor Parisinus: *οὐδέν ἐστιν ἐφ' ὅτῳ οἰμώξαιμι εὐπλοῶν*, verissime autem iam pridem Struvius scripsit ut oportuit: *ἐφ' ὅτῳ ἂν οἰμώξαιμι*. — *Ἐπέρρευσεν* Eumath. III. p. 102. et *οἷος ἂν εἰσρεύσῃ* Heliod. III. c. 7. omisit Lob. l. c. p. 739. — Aoristi *ὠλίσθησα* exempla a Lobeckio l. c. p. 742, allata augere liceat his: *κατολισθήσας* Alciphr. Ep. III. 64; *ὀλισθήσασαν* Heliod. V. c. 34; *διολισθῆσαι* Heliod. III. c. 4. et *ἀλλ' ὅπως μὴ .. κατολισθήσῃς* apud eundem VII. c. 21. nisi *κατολισθήσεις* scribendum est [15]). — Aoristum *κατέχυσε* ha-

13) Similem labem contraxerunt verba quae leguntur apud Achill. Tat. VI. c. 2. *ὅταν ἐν καλῷ θῇ τὰ πρὸς τὸν ἄνδρα καὶ γένηται τὰ τῆς ὀργῆς ἐν γαλήνῃ τότε μετιέναι.* Scripserat enim Achilles *θῆται*. Ita hunc locum restituendum docent alia exempla quae in formula *εὖ* et *ἐν καλῷ τίθεσθαι* mediam verbi formam testificantur Thuc. VIII. c. 84. *ἕως ἂν τὸν πόλεμον εὖ θῶνται.* Polyb. II. c. 22. 10. *ἐν καλῷ θέσθαι σπουδάζοντες τὰ κατὰ τοὺς Κελτούς.* Plut. Pericl. c. 33. *θέμενος εὖ πάντα καὶ κατατείνας τὰ ὅπλα χρῆται τῇ τέχνῃ.* Nicol. Damasc. Hist. p. 277. ed. Tauchn. *ἕως ἂν εὖ θῆται τὰ παρόντα.* Alia id genus suppeditabit Krüger. ad Thuc. I. 75. 2. p. 88.

14) Conf. Schaef. App. Crit. I. p. 516. et p. 630; V. p. 172.

15) Ut nihil dicam de terminationum *σῃς* et *σεις* similitudine quae in quos errores librarios induxerit constat: structura particulae *ὅπως* et *ὅπως μὴ* cum futuro si bene memini apud Heliodorum praevalet. Vide mihi si tanti interest haec: II. c. 30. *ὅπως μὴ μικρολόγος ἔσῃ περὶ τὴν ἀγοράν*; I. c. 11. *ἀλλ' ὅπως ἀνὴρ ἔσῃ*; IV. c. 8. *ἀλλ' ὦ γλυκεῖα καὶ μέχρις ὥρας θύγατερ, ὅπως εἰ περιγένοιο μεμνήσῃ τῆς εὐγενείας.* De hoc in loquendo usu qui consulantur digni sunt Iacobsius ad Achill. Tat. p. 923. et Sintenis. ad Plut. Them. p. 110.

bet Eumath. IV. p. 126; ἐξέχυσε idem IV. p. 144. — Sed haec extra caussam dicta sunt: iam redeo unde profectus sum.

Timon. c. 5. οὐδὲ προςβλέπουσιν οἱ τέως ὑποπτήσσοντες καὶ προςκυνοῦντες κἀκ τοῦ ἐμοῦ νεύματος ἀπηρτημένοι etc. Quod ἀπηρτημένοι cum Lucianeo dicendi usu convenienter hic dedit et c. 36. Lennepii coniecturae ἀναρτήσασα vulgatam et cod. Gorl. ex parte munitam lectionem ἀπαρτήσασα praetulit Iacobitzius, laudo et probo. At vitupero eius incuriam qua in fraudem aut se aut alios deduxit, cum postquam in singulari Timonis editione ἀπηρτημένοι codd. Augustanum primum et Gorlitiensem exhibere narravit, in secundis Luciani curis ἀπηρτημένοι in Augustano primo, ἀνηρτημένοι in cod. Gorlit. legi referret; vitupero etiam eius mutabilitatem levitatemque quod alios quodammodo ludificans in Lexico suo cum Seilero in publicum misso ut ἀναρτᾶσθαι ἔκ τινος recte dici demonsraret hoc Luciani loco usus est. Atque cum locutionem ἀναρτᾶσθαι τὰς ἐλπίδας εἴς τινα afferret: noli dubitare quin locum respexerit qui est in Timon. c. 36. ubi legitur: ἐπαίδευεν ἐξ αὐτοῦ ἐμοῦ τὰς ἐλπίδας ἀπαρτήσασά μοι τοῦ βίου etc. Alia quae in hanc caussam cadunt, sciens praetermitto cum rectiora docuerit in Lexic. Luc. p. 390.

Timon. c. 8. ἀπολιπὼν ὑπ' αἰσχύνης τὸ ἄστυ μισθοῦ γεωργεῖ. Utar immo abutar hoc loco ut errorem quendam Meinekii tollam qui in Fragg. Com. Graec. II. p. 752. et p. 761. ad Metagenis aut Aristagorae verba: αὐλητρίδας αἵ τε τάχιστα φορτηγῶν ὑπὸ γούνατα μισθοῦ ἔλυσαν ubi praepositionem ὑπὸ cum ἔλυσαν consociandam recte docuit, pro μισθοῦ fortasse μισθῷ scribendum affirmavit. Non credo. Μισθοῦ optime se habet et quin in talibus tantummodo μισθοῦ vel ἐπὶ μισθῷ usurpatum sit dubitare non sinit loquendi usus. Collibitum est id quod dixi locis aliquammultis stabilire: Thuc. V. c. 6. ἄξοντα μισθοῦ Θρᾷκας ὡς πλείστους. Xen. Cyrop. III. 2. 7. μισθοῦ στρατεύονται. Ibid. III. 3. 3. ὑμεῖς ἐμὲ οὐ ποιήσετε μισθοῦ περιιόντα εὐεργετεῖν. VI. 2. 37. μισθοῦ ὑπηρετεῖν. Dem. de Coron. p. 178. 35. ed. Dind. p. 242. ed. Reisk.: ἄλλο τι μισθοῦ πράττειν. Dem. in Neaer. p. 236. 11. ed. Dind. p. 1359. ed. Reisk.: γράφεσθαι μισθοῦ. Lucianea haec sunto: Necyom. c. 17. ἐδείχθη μοι ἐν γωνιδίῳ τινὶ μισθοῦ ἀκούμενος τὰ σαπρὰ τῶν ὑποδημάτων. Asin. c. 50. μισθοῦ τὴν θύραν ἤνοιγεν. Dial. Meretr. XIV. 3. ὅσα ναύτης ἄνθρωπος ἐδυνάμην μισθοῦ ἐπιπλέων. Iam accipe alterius formulae ἐπὶ μισθῷ exempla quae a Iacobitzio in Lex. Luc. p. 600. commemorata non sunt: de merc. cond. c. 1; Quom. hist. conscr. sit c. 38; Tox. c. 58; Demon. c. 37; Conviv. c. 36.

Timon. c. 15. τούς τε αὖ κατάκλειστον ἐν θύραις καὶ σκότῳ φυλάττοντας ὅπως αὐτοῖς παχύτερος γενοίμην καὶ πιμελὴς καὶ ὑπέρογκος ἐπιμελουμένους etc. Locus si quis alius hominum doctorum ingenia exercuit et posthac fortasse exercebit. Namque eius sententia si totam spectes quae sit plana et perspicua est; sin verba respicias nec carent omnio difficultate et diversis modis tentata sunt a viris eruditis. Accedit quod membranae editionesque veteres nihil sani praebent, in quibus scriptura inter θύραισι et θίβαις fluctuat. Ac primum quidem θίβαις quod est in Aldina altera aliisque aliquot edd. recipi iussit Solanus; in correctionem θύλαξι incidit T. Faberus; Brodaei coniectura θήκαις praestare visa est Iacobsio in dissertatione quam de hoc loco scriptam Zimmermanni Annalibus a. 1839. p. 786. inserendam curavit. Tum qui his verbis coniectando suppetias ivit Augustus Guilielmus Winckelmannus in iisdem Annal. a. 1840. p. 1281. Lucianum scripsisse existimat κατάκλειστον ἐν κλήθροισι καὶ σκότῳ φυλάττοντας allato loco qui est in Eur. Androm. 950. πρὸς τάδ' εὖ φυλάσσετε κλήθροισι καὶ μοχλοῖσι δωμάτων πύλας. Novissime autem quod sciam locum in menda cubantem sanare studuit Carolus Keilius in Bergkii et Caesaris Annal. Antiq. a. 1843. p. 831. qui κατάκλειστον ἐν θησαυροῖς καὶ σκότῳ φυλάττοντας a manu Luciani esse duxit eiusque emendationi ut fidem conciliaret ad verba Herodoti II. c. 150. provocavit: χρήματα φυλασσόμενα ἐν θησαυροῖσι καταγαίοισι. At videas quaeso num quid ego tot aliis alia exper-

tis quod magis blandiatur proferam. Quantumvis enim libri et scripti et editi in propaganda praepositione ἐν concordent, vix tamen me movebunt ut eam pro vera Luciani sobole agnoscam. Quamobrem mutatione lenissima scribendum censeo: *κατάκλειστόν με τύρσει καὶ σκότῳ φυλάττοντας* ita ut ipse se Lucianus interpretari videatur. Dicit enim Necyom. c. 2. *ἔδοξε δὴ τοὺς πλουσίους τούτους καὶ πολυχρημάτους καὶ τὸ χρυσίον κατάκλειστον ὥςπερ τὴν Δανάην φυλάττοντας.* Aut si forte probabilius videatur esse Lucianum cogitasse de robustis illis foribus quibus inclusae Danaae turrim aeneam munitam fuisse canit Horatius Od. III. 16. 2, locum ita expleas *κατάκλειστόν με θύραις θαλάμου σκοτίου φυλάττοντας.* Iam vero de hoc loco quae in mentem venit suspicio prodeat tertia. Nimirum credibile est Lucianum poetae cuiusdam locutionem perstringere voluisse quae quidem cum proprie in Danaen a patre in aenea turri inclusam anxieque custoditam caderet, proverbii iam loco de avaro et cupiditate lucri fervente homine qui opes suas in intimum cubiculi angulum abditas sub signoque et claustro positas dies noctesque custodit, perapte usurpari posset. Haec si vera sunt ut videntur profecto ecquis dubitare potest, quin scribendum sit: *κατάκλειστόν με σφραγῖσι καὶ σκότῳ φυλάττοντας* quomodo est in Eurip. Danae 58. *πατὴρ δέ μιν κλῄσας ἐν παρθεῶνι σφραγῖσι δέμας φυλάσσει.* Similiter apud Arist. Thesm. 413. mulier quaedam more peculiari illo observatoque antiquo tempore feminas virginesque asservandi respecto hunc in modum loquens introducitur: *εἶτα διὰ τοῦτον ταῖς γυναικωνίτισιν σφραγῖδας ἐπιβάλλουσιν ἤδη καὶ μοχλοὺς τηροῦντες ἡμᾶς.*

Timon. c. 32. *οὕτως ἄρα εὐκαταφρόνητος ὑμῖν ἡ Πενία δοκῶ καὶ εὐαδίκητος* etc. Eandem sententiam Comicus anonymus ille apud Meinek. Frag. Comic. Graec. IV. p. 608. expresserat: *εὐκαταφρόνητός ἐστι πενία, Δερκύλε,* ubi *εὐκαταφρόνητος* iniuria suspectum erat Meinekio *εὐκαταφρόνητον* proponenti. Graece ita dici posse nemo negabit. Sed si eam emendationem nostri loci suffragio adiuvit, erravit. Hanc enim lectionem unde sumserit de sua coniectura mutatam an ab alio quopiam correctam equidem ignoro, cum scripturam discrepantem nec a Lehmanno neque a Iacobitzio notatam videam.

Timon. c. 41. *ἄγε, ὦ δίκελλα, νῦν μοι ἐπίῤῥωσον σεαυτὴν καὶ μὴ κάμῃς ἐκ τοῦ βάθους τὸν Θησαυρὸν εἰς τοὐμφανὲς προκαλουμένη.* Hanc quam probam esse scripturam tantum non omnes interpretes intellexerunt sua solius auctoritate correxit editor Parisinus: *μὴ καὶ κάμῃς* idque aliquam praesidii speciem habere videtur a verbis quae sunt in Tox. c. 56. *πειστέον καὶ ταῦτά σοι νομοθετοῦντι καὶ διὰ βραχέων λεκτέον μὴ καὶ κάμῃς ἡμῖν τῇ ἀκοῇ συμπερινοστῶν* [16]). At loci conditio alia est et mutatione supersederi potest. Immo recte haec dicta esse intelliges si comparaveris Phalar. I. c. 14. *λάβετε οὖν αὐτὸς τὸν ταυρὸν καὶ ἀνάθετε καὶ εὔξασθε ὑπέρ τε τῆς Ἀκράγαντος καὶ ὑπὲρ τοῦ Φαλάριδος καὶ μήτε ἡμᾶς ἀπράκτους ἀποπέμψητε μήτ᾽ ἐκεῖνον ὑβρίσητε μήτε τὸν θεὸν ἀποστερήσητε καλλίστου τε ἅμα καὶ δικαιοτάτου ἀναθήματος:* cui adiicias velim Xenoph. Ephes. II. c. 4. *σὺ οὖν ὅπως σοι δοκεῖ βουλευσάμενος, σῶσον ἡμᾶς ἅπαντας καὶ μὴ περιίδῃς ὀργῇ δεσποτῶν ὑποπεσόντας.* Sed in verbis quae sunt apud Charit. III. c. 1. *μηδὲν ἀφέλῃς μηδὲ πρόςθες ἀλλ᾽ ἀκριβῶς ἑρμήνευε* aliquid turbatum videtur esse. Rectius scribas: *μηδὲ ἀφέλῃς μηδὲ προςθῇς* quomodo Plato Phaed. p. 95. E. copulat: *ἵνα μή τι διαφύγῃ ἡμᾶς εἴτε τι βούλει προςθῇς ἢ ἀφέλῃς.*

Timon. c. 43. *καὶ θεοῖς θυέτω καὶ εὐωχείτω μόνος ἑαυτῷ γείτων καὶ ὅμορος, ἐκσείων τῶν ἄλλων.* Postrema verba ut depravata esse apparet ita certatim sanare studuerunt viri

16) Intempestivae huius traiectionis caussa fuit opinor quod Lucianus particularum *μὴ καὶ* in negativis finalibus enunciatis conglutinationem in deliciis habet: Tox. c. 50. *μὴ σύ γε ἐνταῦθα, εἶπε, μὴ καί τις ὑπίδηται τῶν ὁρώντων ἐφ᾽ ὅτῳ ὁρκωμοτοῦμεν* ubi vide Iacobitz. p. 93; ad exempla ab illo congesta addo Iov. Trag. c. 24; Hermot. c. 11; Abdicat. c. 5; Pro Imagg. c. 10; Bis. Accus. c. 15; Musc. Encom. c 12. Parique modo verba timendi sive posita sive omissa sequitur *μὴ καί*: Icarom. c. 3; Pro Imagg. c. 18; Rhet. Praec. c. 12.

docti: T. Faberus ἕκας ὢν τῶν ἄλλων coniectura assecutus est, quod recepit editor Parisinus; Hemsterhusius in Faberi emendatione Luciani manum se agnoscere confessus ipse ἐκσείων τοὺς ἄλλους proposuit; Iacobitzius ἐκσείων τὰ τῶν ἄλλων, iure Lehmannum castigans vulgatam absoluto verbi ἐκσείειν usu defendere frustra conantem. Ego quidem aliquando hoc margini adscripseram ludens ἐκτὸς ὢν τῶν ἄλλων eodem intellectu quo Plato Protag. p. 322. D. dixit: καὶ ἐάν τις ἐκτὸς ὢν τῶν ἄλλων συμβουλεύῃ, οὐκ ἀνέχονται. Hodie non dubito emendare ἐκτὸς οἰκῶν τῶν ἄλλων.

Timon. c. 48. πλὴν ἀλλὰ πρόςιθι. Expungam πλὴν ut formula similis evadat alteri ἀλλ' ἄπιθι Tim. c. 18; Dial. Deor. XX. 11. ubi vulgo legebatur πλὴν ἀλλ' ἄπιθι; Dial. Marin. III. 2; Catapl. c. 24; Alciphr. Epist. II. 4. ἀλλ' ἄπιτε ἤδη Tim. c.19; Bis Accus. c. 7.

Halcyon. c. 1. Φασὶ γυναῖκά ποτε οὖσαν Αἰόλου τοῦ Ἕλληνος θυγατέρα κουρίδιον ἄνδρα τὸν αὑτῆς τεθνεῶτα θρηνεῖν πόθῳ φιλίας, Κήϋκα τὸν Τραχίνιον τὸν Ἑωςφόρου τοῦ ἀστέρος, καλοῦ πατρὸς καλὸν υἱόν. Haec si per se spectantur bonum intellectum prae se ferunt atque similis est dicendi color apud Plat. Symp. p. 214. B. ὦ Εὐρυξίμαχε βέλτιστε βελτίστου πατρὸς καὶ σωφρονεστάτου, χαῖρε. At verborum tenor quoniam quandam gradationem postulare videtur vix adducor ut ea sana esse censeam: quae rectius procederent, si pro καλὸν reponeretur καλλίονα s. καλλίω. Quo facto quis est cui non redeat in mentem Horatianum illud Od. I. 16. 1. o matre pulchra filia pulchrior.

Halcyon. c. 6. τί νομίσομεν τὸν σύμπαντα οὐρανὸν πρὸς τὰς ἡμετέρας δυνάμεις φανῆναι ἂν τοῖς τὰ τοιαῦτα θεωρεῖν ἐφικνουμένοις. Vulgatum νομίσομεν quod Iacobitzius servavit editor Parisinus non male in νομίσωμεν mutavit; equidem ex Luciani mente νομιοῦμεν emendaverim. Legitima enim est apud Lucianum ista futuri forma verborum in ίζω exeuntium quae quia a consilio seiunctum non est hoc loco libet componere: ἀγωνιεῖται Bis. Acc. c. 12; ἀγωνιεῖσθαι pro Lapsu inter salut. c. 8; Charidem. c. 10; ἀγωνιούμενος Amorr. c. 18; ἀγωνιουμένους Anach. c. 36. (Iacobitzius falso ἀγωνισομένους); ἀκοντιοῦσιν Anach. c. 31; βαδιοῦμαι Pro Imagg. c. 18; Dial. Deor. VII. 4; XX. 2; βαδιῇ Navig. c. 45; βαδιεῖσθε Navig. c. 29; διαβαδιῶν Dem. Laud. c. 1; γνωριεῖς Peregrin. c. 3; γνωριεῖ Rhet. Praec. c. 16; ἐμφανιεῖ Imagg. c. 19; ἐμφανιοῦντα de merc. cond. c. 28; ἐπιστομιεῖ de Calumn. c. 12; Philops. c. 29; εὐαγγελιούμενος Icarom. c. 34; καταλογιῇ Piscat. c. 5; λογιεῖσθε Iov. Trag. c. 18 ubi Iacobitzius attulit Fritzsch. Comment. II. de Atticismo et Orthogr. Luciani p. 10. sq. quo libello non utor; λογιούμενον Tyrannic. c. 18; προςλογιεῖσθαι Alex. c. 1; κομιοῦντα Amorr. c. 47; μετασχηματιεῖν ubi Iacobitzius μετασχηματίσειν dedit Pro Imagg. c. 9; μετεωριῶ Dial. Deor. XXI 1; νομιεῖς Amorr. c. 3; νομιεῖ (Iacobitz. νομίσει) ibid. c. 39; οἰκιῶ Navig. c. 38. et ἀποικιεῖν Amorr. c. 54; ὀνειδιεῖ Dial. Meret. II. 1; ὀνειδιεῖν Prom. II. c. 5; ποριῇ Somn. c. 9; ῥυθμιεῖς Navig. c. 21. et μεταρρυθμιεῖς Pro Imagg. c. 14: σκορακιεῖ Rhet. Praec. c. 16; τειχιεῖ Catapl. c. 9; φροντιεῖ Hercul. c. 8; φροντιοῦμεν Lexiph. c. 19; φροντιεῖν de Lapsu inter salut c. 2; χαριοῦνται de merc. cond. c. 7; χαριεῖσθαι Quom. hist. conscr. sit c. 12; Gall. c. 1; Tox. c. 29; Phalar. I. c. 11. In Demosth. Encom. c. 1. διαβαδιῶν recte editum hodie est et gaudeo quod etiam Iacobitzius qui aliis locis ea omnia quae a codice Gorlit. proficiscuntur libenter arripere solet huic futuri formae patrocinatus est posthabita altera διαβαδίσων quam tres codd. in iis Gorlitiensis editionesque habent. Phalar. II. c. 10. λογίσαισθε pro λογίσεσθε libris licet refragantibus bene subrogarunt Iacobitzius et editor Parisinus. Sed Dial. Deor. XXII. 4. οἶσθ' οὖν ὦ τέκνον ὅ, τι χαρίσῃ τὸ πρῶτον αἰτοῦντί μοι; futurum retinuerunt, ubi ὅ, τι ἂν χαρίσαιο Belinus voluit lenique ac paene nulla emendatione χαριῇ Poppo commendavit, quod amplector atque Dial. Marin. IX. ἀλλὰ κἀκείνην σῶσαι δεήσει χαρισαμένους τῷ Διονύσῳ in diversa abierunt: vulgarem et membranis et aliquot editionibus munitam scripturam quam non sollicitaverim equidem servavit editor Parisinus, exterminavit Iacobitzius et ex aliis codd. χαρισομένους cooptavit. At quia futurum loci ratio repudiat: verisimile est Lucianum χαριζο-

μένους scripsisse quod perapte quadrat: aber auch diese werden wir dem Dionysos zu Gefallen retten müssen. Sic Herod. VI. c. 87. οἱ Αἰγινῆται . . . Θηβαίοισι χαριζόμενοι ἐποίησαν τοιόνδε. Plat. Protag. p. 362. ἀλλὰ Καλλίᾳ τῷ καλῷ χαριζόμενος παρέμεινα al.

Halcyon. c. 8. κλέος δὲ μύθων οἷον παρέδοσαν πατέρες τοιοῦτον καὶ παισὶν ἐμοῖς . . παραδώσω. Periit procul dubio articulus. Scripserat enim Lucianus: παρέδοσαν οἱ πατέρες quemadmodum Thuc. I. c. 71. τὴν Πελοπόννησον πειρᾶσθε μὴ ἐλάσσω ἐξηγεῖσθαι ἢ οἱ πατέρες ὑμῖν παρέδοσαν. Id. I. c. 85. ταύτας οὖν ἅς οἱ πατέρες ἡμῖν παρέδοσαν μελέτας etc.

Prometh. II. c. 3. ἔπειτα δὲ τοὺς ἀνθρώπους ἀνέπλασας, πανουργότατα ζῷα, καὶ μάλιστά γε τὰς γυναῖκας. Eiecit καὶ in hac vulgata lectione Iacobitzius quia codex. Vindob. 123. id omisit. Male, puto. Infra c. 17. μεμφόμενοι τὴν ἀνθρωποποιίαν καὶ μάλιστά γε τὰς γυναῖκας. Vit. Auct. c. 19. τὰ γλυκέα σιτεῖται καὶ τὰ μελιτώδη καὶ μάλιστά γε τὰς ἰσχάδας. Phalar. I. c. 4. τοῦ μὲν μηδὲν παθεῖν τοιοῦτον οἱ θεοὶ αἴτιοι φωράσαντες τὴν ἐπιβουλὴν καὶ μάλιστά γε ὁ Πύθιος. Imagg. c. 3. οὐ κατὰ λόγων δύναμιν καὶ μάλιστά γε τῶν ἐμῶν. Atque etiam aliis locis apud Lucianum saepenumero καὶ μάλιστα in media oratione ita ponitur ut intendat augeatque aut aliquam vocem aut totum enunciatum quod vel a pronomine relativo vel a particula et conditionis et temporis incipit. Pro Lapsu inter salut. c. 12. ἕωθεν καὶ μεσούσης ἡμέρας καὶ νύκτωρ ἀεὶ ἀναγκαῖον καὶ μάλιστα τοῖς ἄρχουσι. De merc. cond. c. 30. καὶ μάλιστα παραβαλλόμενος ἀνδράσι τέχνην τὸ πρᾶγμα πεποιημένοις. Tox. c. 13. ἐπαγωγότατον τοῦτό γε καὶ μάλιστα τοῖς καλοῖς εἶναι οἰομένοις. Tox. c. 6. ἔνθα δὴ καὶ μάλιστα ἴδοι τις ἄν. Ibid. c. 32. ἔνθα δὴ καὶ μάλιστα ἔδειξε τὴν εὔνοιαν. Hermot. c. 38. εἰ δὲ καὶ μάλιστα γνώριμον γένοιτο ὡς φιάλη ἀπόλοιτο χρυσῆ. Dial. Mort. X. 1. δέδια μὴ ὕστερον μετανοήσητε καὶ μάλιστα ὁπόσοι νεῖν οὐκ ἐπίστασθε. Dial. Deor. XXVI. 1. ἃ (τραύματα) ἔλαβε παρὰ τῶν ἀνταγωνιστῶν πικτεύων καὶ μάλιστα ὁπόσα ὑπὸ τοῦ Βέβρυκος Ἀμύκου ἐτρώθη. Sic καὶ μάλιστα εἰ Dial. Deor. XVIII. 1; Dial. Mort. VI. 3; Quom. hist. conscr. sit c. 56; Dial. Meretr. II. 2. — καὶ μάλιστα ἢν Apolog. c. 3; Quom. hist. conscr. sit c. 7; c. 11. et 12; Anach. c. 25; c 37. et 38; Rhet. Praec. c. 23. — καὶ μάλιστα ἐπεὶ Gall. c. 11; Conviv. c. 42; — καὶ μάλιστα ὅτε Iov. Trag. c. 14; Rhet. Praec. c. 1. — καὶ μάλιστα ὅταν Dial. Deor. XI. 2; XV. 1; Nigrin. c. 7; Timon. c. 1; Piscat. c. 25; de merc. cond. c. 27. et c. 30; Iov. Trag. c. 20. et c. 27. — καὶ μάλιστα ὁπόταν Dial. Deor. XVI. 2; Quom. hist. conscr. sit c. 45; Dial. Meret. XIV. 1. et 4; Peregrin. c. 45. Contempl. c. 15. αἱ ἐλπίδες ὑπὲρ κεφαλῆς αἰωρούμεναι ὁπόταν μάλιστα οἴηταί τις etc. aut καὶ μάλιστα ὁπόταν rescribendum aut μάλιστα quod cod. Gorlit. omisit, delendum est. — καὶ μάλιστα ἐπειδὰν Dial. Mort. I. 2; Tox. c. 35. οὐ γὰρ Σκυθικὸν τοῦτο (fortasse τοῦτό γε) καὶ μάλιστα ἐπειδὰν etc. Philops. c. 21.

Inconstantiae autem arguo Iacobitzium qui Luc. Dips. c. 9. καὶ τὸ δίψος ἄσχετον ὑπεκκαίεταί μοι καὶ ἔοικα οὐδ' ἐμπλησθήσεσθαί ποτε τοῦ τοιούτου ποτοῦ. καὶ μάλα εἰκότως. in hanc quae est confirmantis formulam tam duobus codicibus testatae fidei Guelferbytano primo et Augustano primo quam Luciani in loquendo consuetudine firmatam grassatus est et praepostera codicis Gorlitiensis verecundia ductus particulam καὶ exstirpavit immemor semet ipsum in Hermot. c. 22. ubi μάλ' εἰκότως male vulgatur, recte proposuisse καὶ μάλ' εἰκότως. Conferas si volupe est de merc. cond. c. 40. τοιούτους γὰρ ἅπαντας ἡμᾶς εἶναι οἴονται· καὶ μάλα εἰκότως. Ibid. c. 41. ἀποσεισάμενοι δὲ αὐτοὺς μισοῦσι· καὶ μάλα εἰκότως. De Lapsu inter salut. c. 13. τοῦτο πρῶτον ὑμῖν ἐστι παράγγελμα τῆς ὑγιείας τῆς ὑμετέρας αὐτῶν ἐπιμελεῖσθαι; καὶ μάλ' εἰκότως. Alex. c. 25. ὅλως δὲ ἄσπονδος καὶ ἀκήρυκτος αὐτῷ ὁ πόλεμος πρὸς Ἐπίκουρον ἦν· καὶ μάλα εἰκότως [17]).

17) Etiam nude εἰκότως consimili significatu in extremo enunciato ita collocatur ut quae subsequitur enunciatio particula γὰρ illata caussam confirmationis exponat. Exempla eius usus Platoni (cf. Stallb. ad Lach.

Dial. Deor. II. 1. *τί δαί σε μέγα ἠδίκησα ὁ γέρων ὡς φὴς ἐγώ, διότι με καὶ πεδῆσαι διανοῇ;* Vellem Iacobitzius sine ulla haesitatione recepisset *ἠδίκηκα* quod in tribus membranis exstat et ab editore Parisino prudenter adoptatum est. Perfectum enim colloquii quod inter Amorem Iovemque instituitur natura et indoles requirere videtur et scribarum manus quoties in hac re erraverint, non ignorabit, qui varias lectiones inter viam inspexerit. Sic Prometh. II. c. 12. *εἴ τι ἠδίκηκα ἐγὼ μετακοσμήσας τὰ περὶ τοὺς ἀνθρώπους* perfectum e cod. Vind. 123. pro *ἠδίκησα* recte ascitum est ut commode legitur ibid. c. 13. *ταῦτά ἐστιν ἃ μεγάλα ἐγὼ τοὺς θεοὺς ἠδίκηκα* et Fugit. c. 5. *ἀλλὰ τί μάλιστα ἠδικήκασί σε*; ubi *ἠδίκησαν* est in cod. Paris. altero. Similiter utrumque tempus verbi *ὑβρίζειν* confusum est ut Piscat. c. 1. *ὕβρικε* pro vulgato *ὕβρισε* propter quattuor codicum auctoritatem nunc agnitum est; quomodo c. 6. *ὕβρικα* et c. 25. *ὕβρικε* optime se habent. Qua de caussa Dial. Deor. VI. 1. *τί δαὶ ὕβρισε;* facile est ad intelligendum cur *ὕβρισε* proscribam. Verum in contrariam partem editores nonnunquam peccarunt: Dial. Deor. XIX. 1. *καὶ ὅμως ἀφώπλισας αὐτὸν καὶ νενίκηκας* perfectum quod in sententiae perpetuitatem optime convenit omnesque codd. tuentur iniuria abolevit editor Parisinus et ob *ἀφώπλισας* quod antecedit, puto, aoristum *ἐνίκησας* de suo substituit.

Dial. Deor. II. 2. *ὑπ' αὐλῷ καὶ τυμπάνοις εὔρυθμα βαῖνε* et ibid. XVIII. 1. *ὑπὸ τυμπάνοις καὶ αὐλῷ καὶ κυμβάλοις χορεύων.* In tractando utroque loco non caute satis versati esse videntur editores qui alterum locum cum libri aliquot fide digni *αὐλῷ* largirentur correxerunt vulgato *αὐλοῖς* sublato. Et accipit sane ea ratio a priore subsidii aliquantum ubi discrepans scriptura non enotatur. At ego quidem contrariam potius viam ingrediens *αὐλοῖς* illic reponendum hic retinendum autumo. Videlicet pluralivum vocis numerum qui ita apprime quadrat in tali verborum iunctura usus stabilivit. Lucianea de saltat. c. 72. *διδάσκουσα πολλὰ τῶν πάλαι ὑπ' αὐλοῖς καὶ κυμβάλοις καὶ μελῶν εὐρυθμίᾳ* et Saturn. c. 12. *σὺν αὐλοῖς καὶ τυμπάνοις* iam Fritzschius l. c. p. 39. occupavit; adde Herodian. V. c. 5. *προῄει ὑπὸ αὐλοῖς καὶ τυμπάνοις.* Ibid. IV. c. 11. *πρὸς αὐλοὺς καὶ σύριγγας τυμπάνων τε ἤχους ἐσκίρτων εὐρύθμως.* Ibid. V. c. 3. *χορεύοντα νόμῳ βαρβάρων ὑπό τε αὐλοῖς καὶ σύριγξι παντοδαπῶν τε ὀργάνων ἤχῳ.*

Dial. Deor. III. *τὴν Ἰὼ διὰ τοῦ πελάγους ἐς τὴν Αἴγυπτον ἀγαγὼν Ἶσιν ποίησον.* Haec scriptura ex pluribus codicibus recepta recentiores editiones occupavit. At perinvitus exauctoraverim vulgatum *ἀπαγαγὼν* quod etiam Fritzschius recte de meo quidem iudicio servavit. *Ἀπάγειν* a simplici *ἄγειν* differre manifestum est. Discrimen autem quod inter utrumque verbum intercedit ita constituo ut qui composito utitur locum unde quis abducatur terminumque quem quis petat sive additum sive omissum simul respiciat. Proinde id verbum in re forensi antiquo usu pervulgatum erat de iis qui in ipso delicto deprehensi (*ἐπ' αὐτοφώρῳ ληφθέντες*) abducebantur ut iudicio facto aut in vincula coniicerentur aut iusto supplicio afficerentur. Conf. Weber. ad Demosth. Aristocr. p. 291. Contra simplex *ἄγειν* nihil omnino aliud denotare contendo nisi ducere et comitari aliquem usque ad itineris terminum. Itaque id in eadem re optime usurpavit Lucianus Dial. Mar. VII. 1. *τὴν δάμαλιν ἣν διὰ τοῦ πελάγους ἐς Αἴγυπτον ὁ Ἑρμῆς ἄγει* de Mercurio qui Inachi filiam in Aegyptum ducit itineris quasi comes. In Sacrif. c. 6. *τοῦτον ἐς τὴν Σκυθίαν ἀγαγὼν ὁ Ζεὺς ἀνεσταύρωσεν ἐπὶ τοῦ Καυκάσου* scripserim *ἀπαγαγών*, cum praesertim cod. Guelf. prim. *ἀναγαγὼν* exhibeat. Hunc verbi

p 29.) aeque ac Demostheni (cf. Frid. Aug. Wolf. ap. Schaef. App. Crit. III. p. 114) accepti Lucianus crebra suppeditat. Hermot. c. 5. *ἠλίκους ἡμᾶς ἀποφαίνεις οὐδὲ κατὰ τοὺς Πυγμαίους ἐκείνους ἀλλὰ χαμαιπετεῖς παντάπασιν ἐν χρῷ τῆς γῆς· εἰκότως· ὑψηλὰ γὰρ* etc. Conf. de domo c. 20; Conviv. c. 26; ibid. c. 23; Pseudol. c. 29. Frequentius etiam in responsione: Dial. Deor. II. 2; Dial. Marin. IX. 2; Dial. Mort. XI. 4; XIX. 1; Contempl. c. 4; c. 16; Vit. Auct. c. 18; c. 21; c. 27; Hermot. c. 45.

ἀπάγειν usum luculentis aliquot Luciani exemplis illustrabo. Dial. Mort. XIII. 3. *ὑπισχνεῖται Πτολεμαῖος ἤν ποτε ἀγάγῃ σχολὴν ἀπὸ τῶν θορύβων τῶν ἐν ποσίν, ἐς Αἴγυπτον ἀπαγαγὼν θάψειν ἐκεῖ.* Dial. Marin. XIV. 3. *καὶ νῦν γαμεῖ ἐν τοῦ Κηφέως καὶ ἀπάξει αὐτὴν ἐς Ἄργος.* Ibid. XV. 4. *ἐπιλαβόμενος τῆς χειρὸς ὁ Ζεὺς ἀπῆγε τὴν Εὐρώπην ἐς τὸ Δικταῖον ἄντρον* ubi in duobus codd. *ἀνῆγεν* perperam exstat. Compara si tanti est similia Tox. c. 12; Dial Deor. IV. 2; XVIII. 1; Contempl. c. 17; c. 20; Timon. c. 16; c. 24; c. 32; c. 37. alia.

Dial. Deor. V. 2. *οὐδὲ διψῶν πολλάκις αἰτεῖς πιεῖν, ἐνίοτε δὲ καὶ ἀπογευσάμενος μόνον ἔδωκας ἐκείνῳ.* In his cur Iacobitzius quidquam mutaverit nulla profecto fuit caussa; propagavit enim *ὁτὲ δὲ καὶ* trium membranarum scripturam: secutus est editor Parisinus. Improbo. Vulgatae duobus aliis bonae fidei codicibus defensae ipse patronus est Lucianus qui receptam vocis formam non novit. De merc. cond. c. 16. *ἐνίοτε δὲ κἀκεῖνο εἰςέρχεταί σε.* Apolog. c. 5. *ἐνίοτε δὲ καὶ μαστιγούμενοί τινες αὐτῶν.* Nigrin. c. 8. *ἐνίοτε δὲ καὶ αὐτὸν ὑπ' ἀσθενείας τὸν νοῦν διαφθείρων.* Praeterea Dial. Deor. XI. 1.; Hermot. c. 81; Dial. Mort. II. 1; Catapl. c. 4; Saturnal. c. 2; Rhet. Praec. c. 17; Gall. c. 11; de saltat. c. 26. Duo loci restant qui ab allatis declinant aliquantulum: Contempl. c. 15. *ἐνίοτε καὶ ὑποπτήσσειν ποιεῖ* et de saltat. c. 27. *ἐνίοτε καὶ περιᾴδων τὰ ἰαμβεῖα.* Videlicet abest particula *δέ*, quam cum socordia librariorum facile excidere potuerit intermitti iubeo.

Dial. Deor. VI. 4. *ἀλλ' εἴδωλον ἐκ νεφέλης πλασάμενοι αὐτῇ σοι ὅμοιον, ἐπειδὰν λυθῇ τὸ συμπόσιον* etc. fuisse suspicor *διαλυθῇ* quia *διὰ* praepositio a praecedente syllaba facillime absorberi potuit et quia verbum *διαλύειν* non minus de convivio soluto quam de conventu dimisso cummaxime usurpavit Lucianus. Conviv. c. 47. *ἐπὶ τούτοις διελύθη τὸ συμπόσιον.* De merc. conduct. c. 18. *ἵνα ποτὲ καὶ διαλυθῇ τὸ συμπόσιον* et ut alium scriptorem in auxilium vocem etiam Heliodorus non dixit nisi *διαλύειν τὸ συμπόσιον* et is quidem pariter ac Lucianus hac verborum positura semper observata. Vide III. c. 33. *ὥρα γὰρ διαλύειν τὸ συμπόσιον.* Ibid. c. 34. *περιήγοντο μὲν αἱ σπονδαί, διελύετο δὲ τὸ συμπόσιον* ubi ante Coraem perperam *ἐλύετο* legebatur. Caussa depravationis in aperto est. VII. c. 27. *ἤδη διαλυομένου τοῦ συμποσίου.* Tum aeque de concione dimissa ac de disputatione soluta: Icarom. c. 34. *ὁ μὲν ταῦτα εἰπὼν διέλυσε τὸν σύλλογον.* Peregrin. c. 7. *διαλυθῆναι τὸ πλῆθος.* Pseudosoph. c. 12. *νῦν διαλύσωμεν τὸν διάλογον.* Conviv. c. 1. *διαλυθῆναι τὴν συνουσίαν.* In Iov. Trag. c. 17. vulgatae *διαλῦσαι τὴν συνουσίαν* ceteroqui cod Guelferb. prim. adminiculatae lectionis ordinem Luciano ut videre licet acceptam — nam aliorum scriptorum usum nunc nolim respicere — Iacobitzius non debuit turbare in gratiamque codicis Gorlitiensis adoptare *τὴν ξυνουσίαν διαλῦσαι* in qua re eum temere secutus est editor Parisinus.

Dial. Deor. VI. 4. *ἄπαγε, μὴ ὥρασιν ἵκοιτο τῶν ὑπὲρ αὐτὸν ἐπιθυμῶν.* Circumspecte egit Iacobitzius quod formulam illam Comicorum unde depromta est hic et duobus aliis locis Dial. Meretr. X. 3. et de saltat. c. 5. etiam Luciano reddidit pro absurdo *μὴ ὡραισιν ἵκοιτο* quod Fritzschius retinuit. His adiungo Alexidis versum qui est in Meinek. Fragg. Comic. Graec. III. p. 507. *μὴ ὥρασιν μετὰ τῶν κακῶν ἵκοιθ' ὁ τοὺς θέρμους φαγών* etc. cuius integritatem cum verba *μετὰ τῶν κακῶν* in suspicionem vocasset Casaubonus, hunc in modum restituit Th. Bergkius: *ἵκοιτο μὴ ὥρασιν ὁ τοὺς θέρμους φαγών.* Et habet certe ea mutatio quod mulceat. At vero quoniam in hac formula ordo verborum firmus videtur fuisse: nescio an scribendum sit: *μὴ δῆθ' ὥρασ' ἵκοιθ' ὁ τοὺς θέρμους φαγών* [18]).

18) Haec scripseram cum ab amicissimo meo Rud. Skrzeczka comperirem, Meinekium in editone Fragg. Com. Graec. minore p. 758 nunc Hermanni emendationem recepisse hanc: *μὴ ὥρασι μέν | τὰ τῶν κακῶν ἵκοιθ' ὁ τοὺς θέρμους φαγών.*

Dial. Deor. VII. 1. ἑώρακας, ὦ Ἄπολλον τὸ τῆς Μαίας βρέφος τὸ ἄρτι τεχθέν; Mirari sane licet futilem editoris Parisini rationem qui hic et alibi usquequaque Luciano formam ἑόρακα inculcavit meritoque idcirco a Iacobitzio in Praef. IV. p. VII. castigatus est. Videtur autem vir doctus cum iis stare, qui ἑώρακα extra Graeciae pomeria proiicere gestiunt quorumque gravissimus propugnator Dindorfius est, si quidem nuper in Stephani Thes. ling. gr. s. v. ὁράω p. 2139. D. edictum eiusmodi proposuit, ut apud Atticos semper ἑόρακα scribendum contenderet. Iam vero Atticorum Comicis duntaxat perfectum ita figuratum ob metricas caussas concessum et adoptatum hodie est: qua in re recentiores interpretes sic sibi indulserunt ut iusto crebrius eo uterentur. Atque de locis quidem ex Aristophane allatis ut taceam quia hoc argumentum Fritzschius ad Thesm. 32. p. 14. docte ut assolet et considerate tractavit: in Comicorum fragmentis ἑόρακα a Meinekio vindicatum video Alexidi III. p. 504. et Batoni IV. p. 502; ἑόρακεν Posidippo IV. p. 520; ἑορακέναι Eupolidi II. p. 500. et Alexidi III. p. 503. Non assentior. Quattuor enim loci ita comparati sunt ut leges metricae non impediant quominus ἑώρακα per synecphonesin commode trisyllabum legatur. cf. Buttm. Gr. I. p. 110. et II. p. 416. Eiusmodi est etiam Plutarchi versus: Ἄπολλον, ἀνθρώπων τίν' ἀθλιώτερον | ἑόρακας quo pacto pro ἑώρακας Porsono auctore Meinekius l. c. IV. p. 170. dedit. Quintum denique locum qui est Alexidis (III. p. 504.) cum mancus sit in medio relinquo. At vero a prosaicis dialecti Atticae scriptoribus Thucydide Xenophonte Platone oratoribusque ea perfecti forma prorsus aliena est apud quos ne in varia quidem lectione eam vidi. Demostheni soli accidit ut scioli ἑόρακα hic illic supponerent veluti de male gest. leg. p. 246. I. ed. Dind. p. 341. ed. Reisk.: ἑορακότας et p. 287. 23. ed. Dind. p. 401. ed. Reisk.: ἐνεορακὼς Bekkeri codices praebere a Schaefero didici. Quae cum ita sint, imprudenter profecto agere videtur is, qui scriptoris dictionem quam ad optimos Atticos excultam perpolitamque esse constat formis quibusdam contaminare cupit, quibus illi omnino abstinuerunt. Locos autem, in quibus sola editoris auctoritate usitatae perfecti et plusquamperfecti formae mutatae sunt, animi caussa coacervavi, exceptis quos Iacobitzius l. c. congessit: ἑόρακα Hermot. c. 2; Philosp. c. 24; Dial. Meretr. IV. 1; IX. 1; X. 1; ἑόρακας Nigrin. c. 8; Halcyon. c. 3; Dial. Deor. XX. 1; de merc. cond. c. 19; Imagg. c. 14; Dial. Meretr. II. 1; V. 3; ἑόρακεν Hermot. c. 45; Adv. Indoct. c. 27; de domo c. 25; ἑοράκατε Tyrann. c. 22; ἑορακέναι Necyom. c. 16; Hermot. c. 39; Tox. c. 19; Quom. hist. conscr. sit c. 10; Gall. c. 15; c. 17; c. 24; Icarom. c. 19; Fugit. c. 1; ἑορακὼς Hermot. c. 55; Conviv. c. 11; ἑορακότι de domo c. 3; καθεορακότι Alex. c. 25; ἑορακότες Ver. Hist. II. c. 34; καθεορακότας Adv. Indoct. c. 4; ἑοράκειν Philops. c. 31; ἑοράκει Hermot. c. 15; Quom. hist. conscr. sit c. 29. (bis); de calumn. c. 2; Dial. Meretr. I. 2. His expositis exputare ego quidem non possum cur vir doctus duas illas passivi generis formas inviolatas reliquerit ἑωραμένα Hermot. c. 64. et ἑώρατο Icarom. c. 19. Videlicet leges analogiae postularunt ut ἑοραμένα et ἑόρατο scriberetur [19]).

19) Insulsi aliquid atque inconditi, scio, apposuisse videbor generi cuidam hominum doctorum qui de ratione philologicas disciplinas in scholis tractandi hodie bilem suam effundere coeperunt. Alii enim eorum qua sunt facundia et loquacitate de qualibet utilitate in vitam forensem redundante clara et circumforanea voce effutiunt et qui id praeceptum sequi nolunt, eos cum intolerabili insolentia despiciunt et contemnunt totumque antiquitatis studium prorsus expelli cupiunt; alii qui veram politioris humanitatis salutem sitam esse arbitrantur tam in scriptoribus pereleganter in vernaculum sermonem convertendis quam in notulis ad mentem sensumque acuendum idoneis tradendis de scriptorum quos tractant pulchritudine ac venustate multa garriunt et iuvenum animos aut longis latisque enarrationibus defatigant ac consopiunt aut voluptate perfundunt omnique dulcedine quasi titillant. Utrique quoniam nihil paene ad grammaticam scientiam adaugendam conferre valent, maximi et acerrimi grammaticis studiis sunt adversarii. At horum quidem hominum qui boletorum instar recentiore tempore progerminant quam plurimi nec reprehensionem pertimesco nec plausum quaero: videant ne qua excreverunt ea celeritate pereant!

Dial. Deor. VII. 2. *Νὴ Δία τὴν πυράγραν οὐχ ὁρῶ.* Ita Iacobitzius et quod mireris etiam editor Parisinus. Omnino probo quod Fritzschius dudum edidit *μὰ Δία* fretus auctoritate cod. Guelf.; quam vere id factum sit nunc non persequar post eundem Fritzschium qui Lucianum a discrimine formulae *νὴ Δία* et *μὰ Δία* solemni non defecisse docuit in Quaest. Luc. p. 58. Similem morbum contraxerunt verba Philetaeri Comici: *ἀλλ' οὐ τυράννου νὴ Δία*, ubi Meinekius l. c. III. p. 293. sine ulla haesitatione *μὰ Δία* reponere debuit [20]).

Dial. Deor. VIII. 1. *ἀπόλλυμαι γὰρ ὑπὸ τῶν ὠδίνων* etc. Cur Iacobitzius in hac lectione haeserit atque secundum duos libros articulum *τῶν* sustulerit caussam non video. Quamlibet enim minimam mutationem Lucianus ipse respuit. Dial. Deor. IX. 2. *καὶ μαλακῶς ἀπὸ τῶν ὠδίνων ἔχει.* Dial. Marin. X. 1. *ἤδη γὰρ πονήρως ὑπὸ τῶν ὠδίνων ἔχει* et mox *μὴ παρασχεῖν τῶν ὠδίνων ὑποδοχήν.* Dial. Mort. XXVIII. 2. *τὸν ἐκ τῶν ὠδίνων πόνον ὑφισταμένας.* His adde Heliod. X. c. 3. *διὰ τῶν ὠδίνων* et ibid. c. 16. *πρὸς τὰς ὠδῖνας.* Contraria exempla in promptu non sunt.

Dial. Deor. VIII. 1. *ὅρα ὦ Ζεῦ μὴ κακόν τι ποιήσωμεν.* Hic displicet nescio quo pacto verborum ordo: si quidem Luciani in loquendo usum bene novi scribendum est: *μή τι κακὸν ποιήσωμεν.* Vide si lubet Tim. c. 34. *μελαγχολᾶν γὰρ ὁ ἄνθρωπος οὐ μετρίως μοι δοκεῖ, μή τι κακὸν ἀπέλθω προςλαβών.* Dial. Deor. X. 2. *σιώπα ὦ Ἥλιε μή τι κακὸν ἀπολαύσῃς τῶν λόγων.* Ibid. XXI. 2. *οὐ γὰρ ἀσφαλὲς λέγειν τὰ τοιαῦτα μὴ καί τι κακὸν ἀπολαύσωμεν τῆς φλυαρίας.* Philops. c. 39. *ἤκουσα ὡς μή τι κακὸν ἐργάσηταί με ἡ μνήμη αὐτῶν ἐνοικουροῦσα.* Philopatr. c. 2. *ἐξέμεσον τοὺς ὕθλους μή τι κακὸν πάθῃς.* Nec aliter alii. Thuc. VIII. c. 89. *ἔπεμπον μή τι ἄνευ τῶν πλειόνων κακὸν δράσωσι τὴν πόλιν.* Xenoph. Oecon. c. 9. 11. *μή τι κακὸν λάβῃ παρ' ἡμῶν ἀμελοῦσα.* Plut. Arist. c. 7. *πιθομένου μή τι κακὸν αὐτῷ* (scr. *αὐτὸν*) *Ἀριστείδης πεποίηκεν.* Heliod. II. c. 3. *δεδιὼς μή τι κακὸν ἑαυτὸν ἐργάσηται.* Quapropter etiam in eo loco qui reliquus est apud Lucianum in Philopatr. c. 18. *μὴ κακόν τι παθεῖν παρ' ἐμοῦ* ne dubita rectius ordinare: *μή τι κακὸν παθεῖν.*

Dial. Deor. IX. 1. *μὴ ἐνόχλει, φημί. ἄκαιρον γάρ ἐστιν ὥστε οὐκ ἂν ἴδοις αὐτὸν ἐν τῷ παρόντι.* Ita Iacobitzio trium codicum vestigia secuto hunc locum suae integritati restituere placuit. Praepropere ei morigeratus est editor Parisinus. Aliud mihi videtur et magis arridet quod ante legebatur: *μὴ ἐνόχλει, φημί, ἄκαιρον γάρ, ὥςτε* etc. cum id magnum habeat fautorem Lucianum ipsum, modo recte distinxeris: *μὴ ἐνόχλει, φημί. ἄκαιρον γάρ· ὥςτε* etc. Accedit quod similitudo litterarum in voce *ὥςτε* facile efficere potuit ut varia ista lectio in libris scriptis gigneretur. Solennis enim est apud Lucianum in brevioribus id, genus enunciatis quae caussam praecedentium per particulam *γὰρ* invectam continent verbi substantivi omissio. Dial. Meretr. V. 4. *μὴ ἀνάκρινε ἀκριβῶς· αἰσχρὰ γάρ· ὥςτε μὰ τὴν Οὐρανίαν οὐκ ἂν εἴποιμι.* Dial. Deor. VI. 4. *κολάζειν μηδαμῶς αὐτὸν μηδὲ ἀπωθεῖν τοῦ συμποσίου· σκαιὸν γάρ· ἐπεὶ* etc. Dial. Mort. XVII. 2. *οὔτε σὺ οὔτε ἄλλος πίεται τῶν νεκρῶν· ἀδύνατον γάρ· καίτοι* etc. Piscat. c. 39. *τραγικώτερον αὐτὸ ποιήσειν μοι δοκῶ· σεμνότερον γάρ.* Dial. Mort. XXVIII. 1. *παρὰ πολύ, ὦ Μένιππε, ὁ γυναικεῖος· ἀπραγμονέστερος γάρ.* Frequentius etiam in enunciatis intermissis: Dial. Marin. I. 1. *οὐδὲ τὸ λάσιον αὐτοῦ καὶ ὥς φὴς ἄγριον ἄμορφόν ἐστιν — ἀνδρῶδες γάρ — ὅ τε ὀφθαλμὸς ἐπιπρέπει* etc. Piscat. c. 24. *τῷ λόγῳ μᾶλλον — ἄριστον γάρ — ἤπερ τῷ ξύλῳ.* Hermot. c. 13. *τὴν αὐτὴν ἄγε λαβὼν κἀμὲ — δίκαιον γάρ — καὶ πρῶτόν γέ μοι τοῦτο εἰπέ.* Quom. hist. conscr. sit c. 46 *οὔτε ἄγαν ἀφιστάντα καὶ ἀπαρτῶντα — βραχὺ γάρ — οὔτε ῥυθμῷ παρ' ὀλίγον . . συνάπτοντα.*

20) Id factum esse in editione minore I. p. 641. mecum communicavit Rud. Skrzeczka.

De saltat. c. 75. *οὔτε πολύσαρκος — ἀπίθανον γάρ — οὔτε λεπτὸν ἐς ὑπερβολήν.* Alia addere possem complura nisi putidum esset in re tam pusilla diutius commorari [21]).

Dial. Deor. XII. 1. *καὶ τὸ Φρύγιον μειράκιον ἐκεῖνο ποθεῖν* etc. Fuerunt qui hunc locum vellicarent. Namque pronomen *ἐκεῖνο* quia in duobus codd. deest Iacobitzius rem cautius aggressus cancellis sepsit, editor Parisinus proscripsit. Cave sequaris: quippe demonstrativum pronomen sententia exigit: quod cum prave positum sit a librariis, fac obtinere suum ordinem ac Luciani omnino agnosces manum. Scribe igitur levi transpositione: *τὸ Φρύγιον ἐκεῖνο μειράκιον* veluti Dial. Deor. XI. 1. *τὸ Ἀσσύριον ἐκεῖνο μειράκιον.* Ibid. XIV. 1. *τὸ καλὸν ἐκεῖνο μειράκιον.* Navig. c. 2. *τὸ ὡραῖον ἐκεῖνο μειράκιον.* Gall. c. 13. *τῆς Ἀργολικῆς ἐκείνης μείρακος.* Contempl. c. 1. *ὁ Θετταλὸς ἐκεῖνος νεανίσκος.* Fugit. c. 18. *τὸν Ἠλεῖα ἐκεῖνον νεανίσκον.* Contempl. c. 24. *τὸν ἡμιθνῆτα ἐκεῖνον στρατηγόν.* Quom. hist. conscr. sit c. 62. *τὸν Κνίδιον ἐκεῖνον ἀρχιτέκτονα.* Alex. c. 15. *τὸν Πελλαῖον ἐκεῖνον Ἀσκληπιόν.* Ibid. c. 26. *διὰ τοῦ ὀθονίνου ἐκείνου Ἀσκληπιοῦ.* Tox. c. 27. *ὑπὸ τῷ Ῥοδίῳ ἐκείνῳ σοφιστῇ.* Gall. c. 6. *τὸν λῆρον ἐκεῖνον ποιητήν.* Ibid. c. 11. *τῷ λήρῳ ἐκείνῳ γέροντι.* Philops. c. 14. *τὸν Ὑπερβόρεον ἐκεῖνον μάγον.* Pseudol. c. 30. *τοῦ ἀνοήτου ἐκείνου πρεσβύτου.* Plane sic Dial. Deor. XI. 2; Necyom. c. 16; De merc. cond. c. 22; c. 24; Apolog. c. 8; Hermot. c. 60; Quom. hist. conscr. sit c. 2; c. 26; Tyrannic. c. 22; Iov. Trag. c. 14; Gall. c. 14; Icarom. c. 2; c. 17; c. 21; c. 29; Bis Accus. c. 21; c. 33; Philops. c. 11; Hesiod. c. 1; Dial. Meretr. XIV. 2; Peregrin. c. 36; Fugit. c. 20; Saturnal. c. 14; Philop. c. 2. Duo tantum loci restant si quidem oculorum acies me non fefellit in quibus Lucianus a se ipso descivit et ad frequentiorem illam apud veteres pronominis posituram relapsus est. Fugit. c. 20. *ἀπορρίψαντες ἐκεῖνο τὸ δύστηνον τριβώνιον* et de domo c. 3. *τοῦτο ἴσως ἐκείνῳ τῷ νησιώτῃ μειρακίῳ ἔπρεπε* quanquam Scyth. c. 9. *οἷόν τι καὶ ὁ νησιώτης ἐκεῖνος νεανίσκος ἐπεπόνθει πρὸς τὴν τοῦ Μενελάου οἰκίαν* et Philopatr. c. 23. *ἅπαντα ἐσκοπίαζον ὅσα ὁ νησιώτης ἐκεῖνος νεανίσκος.* In Pseudol. c. 21. *ἀγνοήσουσί σε οἱ μετὰ τοὺς ἐν Συρίᾳ θαυμαστοὺς ἄθλους ἐκείνους ὑποδεξάμενοι* cur haud cunctanter corrigam *ἐκείνους ἄθλους*, ex iis quae disputavi facili negotio intelligitur. Quae cum ita sint, vulgatam tueor Dial. Deor. XXV. 1. *τοιοῦτον ἡμῖν τὸν καλὸν ἡνίοχον καὶ διφρηλάτην ἐκπέπομφας,* quam secundum cod. Gorl. Iacobitzio praeeunte sic mutavit editor Parisinus: *τοιοῦτον ἡμῖν ἡνίοχον τὸν καλὸν ἐκεῖνον καὶ δ. ἐ.* nisi ordinare malis: *τοιοῦτον ἡμῖν τὸν καλὸν ἐκεῖνον ἡνίοχον καὶ διφ. ἐκπέπομφας.* Atque Rhet. Praec. c. 9. *τῆς τραχείας ὁδοῦ ἐκείνης ἡγεμών* moleste fero quod Iacobitzius non alio nisi novandi studio ductus codicem Vindob. 123. secutus est, cum vulgata *τῆς τραχείας ἐκείνης ὁδοῦ* et firmissimo talo stet et codicis Gorlit. suffragio muniatur.

Similiter sedes pronominis *οὗτος* apud Lucianum stabilis est. Dial. Deor. XXIV. 1. *τὸν νεώνητον τοῦτον οἰνοχόον.* Peregrin. c. 30. *τοῖς θαυμαστοῖς τούτοις ὁμιληταῖς.* Dial. Marin. I. 1. *τὸν Σικελὸν τοῦτον ποιμένα.* Ibid. XIV. 3. *τὴν παράλιον ταύτην Αἰθιοπίαν.* De merc. cond. c. 41. *τοῖς καλλίστοις τούτοις βιβλίοις.* Pro Lapsu inter salut. c. 1. *τὴν συνήθη ταύτην φωνήν.* Pseudolog. c. 8. *τὸ δυσάντητον τοῦτο θέαμα.* Ibid. c. 28. *τοὺς ἀλλοτρίους τούτους λόγους.* Nec secus ubi substantivum aliquod cum duobus adiectivis iungitur: Adv. Indoct. c. 10. *διὰ τὴν ἄτεχνόν σου ταύτην καὶ περιττὴν τρυφήν.* Tox. c. 37. *ταῖς κοιναῖς ταύταις καὶ μοιχευομέναις γυναιξί,* alia. Atque ubi duo adiectiva interiecta *καὶ* par-

21) Hoc idem valet etiam de formula *οἷόν τε* quae perpetua Luciani in loquendo ratione verbum substantivum respuit: *εἰ οἷόν τε* Nigrin c. 6. *ὡς οἷόν τε* Nigrin c. 32; Contempl. c. 22; Hermot. c. 44; Imagg. c. 3; c. 5; Pro Imagg. c. 19; Icarom. c. 11; Anach. c. 21; de domo c. 2; c. 21; c. 32; Navig. c. 17; *ἐφ' ὅσον οἷόν τε αὐτοῖς* Pro Imagg. c. 21; *οὐ γὰρ οἷόν τε* Pro Imagg. c. 16; Bis. Accus. c. 29; *οὐδὲ γὰρ οἷόν τε* Paras. c. 10; *οὐκέτι γὰρ . . οἷόν τε* Philops. c. 26.

ticula consociantur utrumque pronomen ita positum ubique redit ut mediam teneat sedem. Piscat. c. 22. *τὰ κομψὰ ἐκεῖνα καὶ συνεχῆ.* Dial. Deor. X. I. *καινὰ ταῦτα ὦ Ἑρμῆ καὶ ἀλλόκοτα.* Ibid. XIII. 1. *ἀπρεπῆ ταῦτα καὶ ἀλλότρια.* Ibid. XVIII. 1. *ἀνδρεῖα ταῦτα καὶ οὐκ ἀνάξια.* Abdic. c. 1. *οὐ καινὰ ταῦτα ὦ ἄ. δ. οὐδὲ παράδοξα.* Gall. c. 4. *οὐ πιθανὰ ταῦτα οὐδὲ πάνυ πιστεῦσαι ῥᾴδια.* Ibid. 2. 6. *μελιχρὸς οὗτος καὶ ἐναργὴς φαινόμενος.* Dial. Meretr. XIII. 4. *μιαρὰ ταῦτα καὶ φοβερά.* Piscat. c. 11. *ἀμείνω ταῦτα καὶ νομιμώτερα.* Ibid. c. 31. *τὰ πρόχειρα ταῦτα καὶ δημόσια.* In Timon. c. 37. *τὰ ὀργίλα ταῦτα καὶ μειρακιώδη* ad Lucianeum usum accommodate editum est quamvis *ὀργίλα καὶ μειρακιώδη ταῦτα* in cod. August. prim. compareat. Quamobrem in Zeux. c. 3. *τὰ δημώδη καὶ τὰ κοινὰ ταῦτα οὐκ ἔγραφεν* legitimum verborum ordinem restituere non dubito scribendo aut *τὰ δημώδη ταῦτα καὶ τὰ κοινὰ* aut quod malim *τὰ κοινὰ ταῦτα καὶ τὰ δημώδη* quo pacto Pseudol. c. 2. *τὰ κοινὰ ταῦτα καὶ τὰ ἐν ποσὶν ἀγνοῶν.* Saturn. c. 1. *τὰ κοινὰ ταυτὶ καὶ πρόχειρα.* Atque in illa formula quae est in Iov. Trag. c. 13. *τὰ κοινὰ καὶ τὰ καθ' ἡμέραν ταῦτα* transpositione correxerim: *τὰ κοινὰ ταῦτα καὶ τὰ καθ' ἡμέραν* quemadmodum ea bis praeterea apud Lucianum legitur infra c. 50. et Tox. c. 49. *τὰ κοινὰ ταῦτα καὶ τὰ καθ' ἡμέραν.*

Dial. Deor. VIII. 1. *νὴ Δία, καὶ ἀμείνων γάρ εἰμι.* In hac quae novissimas editiones occupat lectione Fritzschius cum *καὶ — γὰρ* i. e. nam — etiam ferri non posse bene intellexisset transposuit: *καὶ γὰρ ἀμείνων εἰμί,* codice Gueif. primo adiutus. Equidem quia mutatione opus est sic potius scripserim: *ἀμείνων γάρ εἰμι,* particula *καὶ* expulsa. Hoc suadet Lucianus ipse Dial. Mort. XII. 1. *ἐμὲ δεῖ προκεκρίσθαι σου ὦ Λίβυ· ἀμείνων γάρ εἰμι.*

Dial. Deor. XIV. 2. *ἀπὸ τοῦ αἵματος ἄνθος ἀναδοῦναι τὴν γῆν ἐποίησα ἥδιστον ὦ Ἑρμῆ καὶ εὐανθέστατον ἀνθέων ἁπάντων, ἔτι καὶ γράμματα ἔχον ἐπαιάζοντα τῷ νεκρῷ.* Boissonad. ad Philostr. Epist. 41. p. 116. monet in codice 1310 a se collato exstare *ἔτι τε καὶ* cui scripturae ipse album calculum adiecit. At praestare iudico: *ἔτι δὲ καί.*

Dial. Deor. XVII. 1. *ἔπειτα δὲ συνεὶς ἐν ἀφύκτῳ ἐχόμενον ἑαυτὸν ἱκέτευε.* Hic locus quo Struvium praeceptorem quondam dilectissimum virumque graece doctissimum vexatum fuisse vix credibile est, largam de hac verborum syntaxi materiam praebuit Fritzschio Quaest. Luc. p. 101. sq. qui eum post Schaeferum ad Bos. Ellips. p. 224. tutatus est rectissime. Itaque nihil opus est ut de ea re copiosius disputem: confecero autem rem si unum duntaxat locum adiecero similem prorsus ac geminum unde lux nostro affunditur. Is exstat apud Heliod. VII. c. 7. *ὅτε συνεὶς ὁ πρεσβύτης ὑπὸ τῆς εὐτελείας τοῦ σχήματος ἑαυτὸν οὐ γνωριζόμενον ἐγυμνώθη τῶν ἐπιβεβλημένων ῥακῶν* etc.

Dial. Deor. XIX. 1. *ἐπισείουσα (Ἀθηνᾶ) τὸν λόφον ἐκπλήττει με καὶ ὑπότρομος γίνομαι καὶ ἀπορρεῖ μου τὰ τοξεύματα ἐκ τῶν χειρῶν.* Vide annon ad sententiam aptius sit *ὑπορρεῖ.* Finge enim tibi Cupidinem flammigerum illum et arcitenentem puerum qui omnium Deorum hominumque potens solius Minervae vultu torve intuentis atque Aegida horrificam concutientis quasi attonitus adeo contremiscit ut impotenti iam prae timore tela de manibus paullatim defluant et id ipsum verbo *ὑπορρεῖν* elegantius et significantius adumbrari confiteberis. Ita certe de dormiente Endymione dixit Lucianus Dial. Deor. XI. 2. *ὅταν ὑποβαλόμενος ἐπὶ τῆς πέτρας τὴν χλαμύδα καθεύδῃ τῇ λαιᾷ μὲν ἔχων τὰ ἀκόντια ἤδη ἐκ τῆς χειρὸς ὑπορρέοντα* etc.

Dial. Deor. XIX. 2. *θήρας καὶ ἐλάφων καὶ νεβρῶν αἱρεῖν τε διώκουσα καὶ κατατοξεύειν καὶ ὅλως πρὸς τῷ τοιούτῳ ἐστίν.* Postrema verba quae cum in libris et scriptis et editis omnibus obtineant nemo in suspicionem vel levissimam vocavit vereor ut recto talo stare possint licet prima fronte sana videantur esse. Formulae enim *καὶ ὅλως* apud Lucianum usum etsi bene perspectum habeo (conf. Iacobitz. ad Catapl. p. 27.) significatio tamen cum

cum ipsa sententia minus mea quidem opinione congruit, si quidem convertas, ut oportet: et tota huic rei dedita est. Itaque ego adhuc in eo ambigo annon culpa librariorum quos formula illa frequentius celebrata decepit, hic quidquam peccatum sit et rectius scribatur: *καὶ ὅλη πρὸς τῷ τοιούτῳ ἐστίν.* De domo c. 18. *ὅλος πρὸς τοῖς ὁρωμένοις ἐστί*, quomodo secundum meliores codices Iacobitzio auctore dedit editor Parisinus, quamquam vulgatae *ὅλως* patrocinatus est Fritzschius. Demost. in orat. quae est de male gest. leg. p. 273. 1. ed. Dind. p. 380. ed. Reisk.: *ἔκφρων ἦν καὶ ὅλος πρὸς τῷ λήμματι καὶ τῷ δωροδοκήματι.* Heliod. II. c. 3. *ὅλον ὄντα πρὸς τῷ πάθει καταμαθὼν καὶ συμφορᾷ βεβαπτισμένον.* Eodem intellectu Luc. Hermot. c. 2. *δοκεῖ μοι ἀλλ' οὐδὲ ὄναρ ποτὲ ἀνιέναι σεαυτὸν οὕτως ὅλος εἶ ἐν τῷ πράγματι* quo loco consimilis in lectione discrepante inter *ὅλος* et *ὅλως* obtinet vacillatio. Dial. Deor. XII. 2. *πότε ἂν ἐκείνη σχολὴν ἀγάγοι ἐπ' ἐμὲ ὅλη οὖσα ἐν τῷ Ἄττῃ;* Pariter locutionem *ὅλον εἶναι* vel *γίγνεσθαί τινος* usurpavit ut Alciphr. I. 13. *ὅλος εἰμὶ τοῦ πάθους* ita Heliod. I. c. 12. et II. c. 21. quos locos doleo quod Berglerus l. c. p. 81. ed. Wagn. praeoccupavit. Alia apud Dorvillium ad Charit. p. 427. qui formulam *ὅλον εἶναι ἐπί τινος* vel *ἐπί τινι* exemplis illustravit.

Dial. Deor. XXIII. 2. *κατ' αὐτάς που μέσας νύκτας* etc. Quid caussae fuisse dicam cur Iacobitzius et editor Parisinus hanc vulgatam lectionem quam iam pridem Fritzschius optimo iure impugnaverat tam pertinaciter retinerent? Idoneam equidem video nullam. Nimirum duo codices non malae notae, Guelferbytanus primus et Parisinus 2934, cum praepositionem *περὶ* pro *κατὰ* subministrent, hanc scripturam quia Lucianeo usu confirmatur utique recipiendam esse aio affirmoque, adulterina illa proscripta. Quater enim praeter hunc locum formula *περὶ μέσας νύκτας* usus est Lucianus: tres locos attulit Fritzschius quibus quartum illum qui est in Tox. c. 19. adiicias velim et *εἰς μέσας νύκτας* Hermot. c. 11. In his igitur quae disputavi cum Fritzschio plane consentio emendationemque quam et ipse fecerat libenter ei resigno. At quod in hanc dicendi formulam articulum infarsit, in eo vir doctissimus erravit maximopere. Sunt enim quaedam in utraque lingua locutiones quae se paullatim in usum ita insinuarunt ut ubi aberrationis aliquid appareat id manifesto ex scribarum adnotatione natum omnino tollendum videatur; cuius generis est nostra qua de agitur formula, in qua articulus constanter omittitur, quamvis pro varia lectione emergat nonnunquam. Atque e Xenophonte quidem locos videas collectos a Krügero ad Anab. VII. 8. 13. quibus addas Cyrop. IV. 5. 13. *ἀμφὶ μέσας πως νύκτας* ubi *ἀμφὶ μέσας που νύκτας* ni fallor scribendum est ut *ἀμφὶ μέσας που νύκτας* apud Arrianum I. 23. 4. qui *ἀμφὶ μέσας νύκτας* habet I. 20. 6; II. 8. 2; IV. 28. 1; *ἐπὶ μέσας νύκτας* III. 15. 5; *ἀπὸ μέσων νυκτῶν* et *μέσων νυκτῶν* III. 4. 2; sed quod ibidem *ἐπὶ μέσας τὰς νύκτας* legebatur id a Krügero recte emendatum est articulo expulso. Eidemque legi etiam Diodorum paruisse docent loci in quibus est *περὶ μέσας νύκτας* XI. c. 9; XIII. c. 2: c. 111; c. 113; XIV. c. 15; c. 100; c. 116; XVII. c. 37; XIX. c. 16; c. 85; c. 95; XX. c. 74. *μέχρι μέσων νυκτῶν* XVII. c. 50 [22]). At mendi

22) Consule Lobek. ad Phryn. p. 53. Addo *μέσαι νύκτες* Lucian. Gall. c. 1; Dial. Mort. IV. 2; XII. 3. Pari modo *εἰς μέσην ἡμέραν* Tox. c. 31; *περὶ μέσην ἡμέραν* Herodi. VIII. c. 5; *εἰς μέσην ἑσπέραν* Bis Accus. c. 16. Conf. Lob. ad Phryn. p. 465. Valet idem de formula *περὶ πρῶτον ὕπνον* Thuc. II. c. 2; Luc. Tox. c. 17; Philops. c. 31; *περὶ πρώτους ὕπνους* Eubulum Comicum dixisse memoriae prodidit Antiatticista in Bekkeri Anecd. I. p. 111. 21; *ἀπὸ πρώτου ὕπνου* Thuc. VII c. 43. et *ἀμφὶ πρῶτον ὕπνον καὶ μέσας νύκτας* consociavit Philostr. Vit. Apollon. Tyan. II. 37. Denique voce *φυλακὴ* in re militari de vigiliis dicta Diodorum et Arrianum usquequaque sine articulo usum esse observavi, apposito quippe numero ordinali: *περὶ πρώτην φυλακὴν* Diod. XIII. c. 47; c. 111; *περὶ δευτέραν φυλακὴν* Diod. XIV. c. 24; XVIII c. 40; XIX. c. 26; XX. c. 96; *ἀμφὶ δευτέραν φυλακήν* Arrian. I. 23. 2; V. 23. 5: *περὶ τρίτην φυλακὴν* Diod. XIX. c. 95; *ἀμφὶ τετάρτην φυλακὴν* Arrian. V. 24. 2. Ubi vero aliud adiectivum tempus indicans accedit articulus praefigitur. Diod. XVII. c. 56. *ὑπὸ τὴν ἑωθινὴν φυλακήν.*

aperti suspicionem movet locus qui restat XIII. c. 67. ubi quod *περὶ μέσας τὰς νύκτας* scribitur, id librariorum culpae assignandum puto atque Dindorfii inconstantiam demirari licet quod articulum hic integrum reliquit quem cum nonnulli codices suggerant XIX. c. 95. merito reiecit. Itaque quem locum e Lucian. de merc. cond. c. 26. *περὶ αὐτό που σχεδὸν τὸ μεσονύκτιον* ad suam sententiam comprobandam attulit Fritzschius, nullius sane validi argumenti esse nemo non videt. Quippe ratio loci alia verbaque ipsa ita comparata sunt ut ex incerto quodam poeta fluxisse contendam quae particula $\overline{\gamma\varepsilon}$ interposita sua sponte in numeros trimetri iambici transeunt:

περὶ (δ') αὐτό που σχεδόν γε τὸ μεσονύκτιον.

Errata.

p. 2. v. 17. lege monumentis. — p. 3. v. 2. scr. *νομίζειν*. — p. 5. v. 5. *γὰρ* pro *γαρ*. — ibid. v. 13. *ὑποστελλόμενον*. — ibid. v. 36 *κλέπτοντες* — ibid. not. 1. v. 2. leg. usurpata. — p. 6. v. 25. *μετὰ*. — p. 7. v. 32. *ῥαδίως*. — p. 8. not. 6. v. 9. incerti pro incerto. — p. 10. v. 29. *καταφρονεῖν*. — p. 11. not. 10. v. 7. *ἐντυγχάνειν*. — p. 12. v. 33. post Lucian. excidit dē. — p. 13. not. 11. v. 2. leg. expers librorum fidei. — p. 16. v. 6. scr. *Δανάην*. — ibid. v. 34. *ὑπέρ τε* et mox *ὑπὲρ*. — ibid. v. 39. *μηδὲν ἀφέλῃς*. — ibid. not. 16. v. 3. *ἐφ'*. — p. 22. v. 33. dele comma post id. — p. 23. v. 1. scr. *πολύσαρκος* et tum *λεπτὸς*. — p. 24. v. 2. *Ἑρμῇ*. —

Quae alia id genus reperiuntur vitia periti lectores ipsi corrigant. —

Bericht

über das

Kneiphöfische Stadt-Gymnasium

zu Königsberg in Pr.

während des Schuljahres 1866/67

womit zu der

am 8. und 9. April 1867

stattfindenden öffentlichen Prüfung

ergebenst einladet

Dr. Rud. Ferd. Leop. Skrzeczka,

Direktor.

Vorausgeschickt ist eine Abhandlung des Herrn Professor Dr. C. Schwidop:
Observationum Lucianearum Specimen IV.

Königsberg 1867.

Druck der Universitäts-Buch- und Steindruckerei von E. J. Dalkowski.

Uebersicht der Prüfung.

Montag, den 8. April, Vormittags 8 Uhr.

Sexta. Religion. Deubler.
Latein. Cholevius II.

Quinta. Naturkunde. Knobbe.
Französisch. Darnmann.

Quarta. Latein. Weyl.
Geschichte. Diestel.

Zweite Vorklasse (c. 11 U.) Rechnen. Bildat.
Deutsch. Deubler.

Erste Vorklasse. Rechnen. } Bildat.
Deutsch. }

Montag, Nachmittags $2^1/_2$ Uhr.

Tertia B. Griechisch. Cholevius II.
Latein. Lentz.

Tertia A. Mathematik. Müttrich.
Homer. Darnmann.

Dienstag, den 9. April, Vormittags 8 Uhr.

Secunda B. Latein. Viertel.
Deutsch. Cholevius I.

Secunda A. Griechisch. Schwidop.
Geschichte. Diestel.

Prima. Mathematik. Müttrich.
Griechisch. Der Direktor.

Gesang der ersten Singklasse. Lateinische Rede des Abiturienten Ottmann. Entlassung der Abiturienten durch den Direktor. Choral.

Das neue Schuljahr beginnt Donnerstag, den 25sten April, 7 Uhr. (Für die Vorschule um 8 Uhr.) Zur Prüfung und Aufnahme neuer Schüler für die Vorklassen und das Gymnasium wird der Unterzeichnete am 15ten bis 17ten, für Auswärtige auch am 23sten und 24sten April in den Vormittagsstunden von 10—1 Uhr bereit sind.

Skrzeczka.

Francisco Fritzchio Rostochiensi

Carolus Schwidop Regimontanus.

s. d.

Ante hos fere sex annos cum nuntius ad me afferretur Te, Francisce Fritzschi, novam Luciani Samosatensis editionem parare, constitui minuta mea qualiacunque opuscula ad Te mittere nec dubitavi Te orare ut quae in iis apta Tibi viderentur in Tuum commodum converteres. Literis ad me datis quae conscripseram et diiudicasti summa humanitatė et probasti et ita probasti ut alia respiceres alia in contextum verborum reciperes. Quod dialogos quosdam Luciani in usum scholarum edere me iubebas, hoc Tuo quod de Lucianeis meis observationibus feceras iudicio facile impulsus cum iam id agerem ut quod Tu mihi dederas consilium sequerer libellosque qui ad animos adolescentium oblectandos maxime accommodati essent eligerem atque digererem: accidit nuperrime ut summum illud nostri regni collegium quod res et sacras et scholasticas curat omnes scholarum nostrae provinciae rectores convocaret qui scholasticas quasdam quaestiones ad disceptationem propositas solverent. In iis autem quaestionibus quae octo erant non infimum locum tenebat illa, qua postulatum erat ut qui potissimum scriptores in gymnasiis legendi essent accurate ac religiose pensaretur. Atque de aliis quidem scriptoribus quid iudicatum sit a viris eruditissimis noli audire: at de Luciano? quaeres fortasse. Lucianus assiduus ille veterum scriptorum sectator si ab inferis exstitisset suamque ipse caussam apud severissimos illos gravissimosque iudices dixisset, vix mihi crede variis criminibus absolutus a iudicio discedere potuit. Quid plura? Diu multumque consultantibus periculosum ne dicam perniciosum esse videbatur Luciani scripta legere cuius quamvis dicendi genus non improbaretur tractatio tamen rerum acerbe vituperabatur ut neutiquam idonea qua iuvenes sinceras illas atque integras de antiquitate opiniones animis imbibere possent praesertim cum alii sat multi exstarent scriptores qui utraque re praestarent maioresque utilitates parerent. Unde factum est ut Lucianus omnibus sententiis damnaretur scilicet contemtor antiquitatis corruptor iuventutis scriptor denique puerorum atque adolescentium animis nullo modo accomodatus et in perpetuum e scholis exterminaretur. Atque equidem omnino perculsus iniquo inopinatoque tot virorum doctissimorum iudicio a quo et ego plane dissideo et mecum procul dubio etiam alii consilium

totum abieci. Adde quod non ignoro in quot quantasque difficultates incurrat is, qui primum nullius commendatione adiutus vel scriptor vel editor existat libellumque in publicum mittere velit praesertim cum bibliopola sive lege sive praeiudicata quadam hominum opinione prohibitum esse sciat quominus liber quanquam summa diligentia atque industria conscriptus in scholis legeretur. Redii igitur in eam viam qua praeceptoribus moderatis nec magnae gloriae cupidis ita uti licet, ut quae pro sua quisque ingenii facultate excogitavit quoties velint promulgare possint. Iam quod adhortabaris ut quae ad Lucianum pertinerent correcta a me atque emendata ea ne quis mihi anteverteret Philologo aut Iahnii annalibas aut Museo Rhenano inserenda tradere maturarem quod Lucianus tanquam Phyllis esset cuius gratiam amoremque multi admodum hodie aucuparentur id quod Tu animo benevolo suadebas facerem si nimium doctrinae laude inclarescendi studium me agitaret. At ego unam et veram gloriam quaero in excolenda quae mihi commissa est iuventute, cui omnes meas animi corporisque vires toto pectore dedo et consecro nec multum mea interest melius egone an alius quispiam invenerit dummodo inventum sit idque si quacunque ratione in notitiam meam venit, etiam alios idem de eadem re mecum sensisse et cogitasse quanto gaudio afficiar vix dicere possum. Nec profecto infitior multa in adversariis meis me deposita habere quae et Tu occupasti et Cobetus et Guilelmus Dindorfius. Ut unum exemplum afferam veniam mihi des, Francisce Fritzschi, ut Tecum communicem quae iam abhinc annos decem et quod supra est ad Necyom. 7. *ἐκάθηρέ τέ με καὶ ἀπέμαξε καὶ περιήγνισε δᾳδίοις ·καὶ σκίλλῃ κτλ.* ut vulgatam lectionem tutarer literis mandaram. Errare scripseram hoc loco editores recentissimos qui e tribus codicibus Parisinis *δᾳδίοις* pro vulgato *δᾳδὶ* recepissent. Dubitari enim nullo modo posse quin Lucianus imitando expresserit Diphili Comici locum qui est apud Meinek. Fragg. Com. Gr. IV. 416. *Προιτίδας ἁγνίζων κούρας . . δᾳδὶ μιᾷ σκίλλῃ τε μιᾷ.* Hanc opinionem confirmari tum a Luciano ipso Alex. 47. *καθαῖρον . . τὰς γνώμας οὐχ ὑπὸ δᾳδὶ καὶ σκίλλῃ;* Philops. 12. *θείῳ καὶ δᾳδὶ καθαγνίσας τὸν τόπον,* tum a Dione Chrysost. Or. XLVIII. 17. ubi cum *περικαθάραντας τὴν πόλιν μὴ σκίλλῃ μηδ' ὕδατι* legatur ex Bagueti coniectura *δᾳδὶ* reponendum putabam. Haec scripseram ut dixi iam ante multos annos. Nunc Te quoque apud Lucianum vulgatam lectionem servasse video nec iisdem modo locis sed etiam duobus quibus Tu usus es codicibus munisse. Quae cum in Tua editione legerem tantum aberat ut id graviter ferrem ut idem Tecum me vidisse gauderem vehementissime. Quare qua humanitate superiores eadem has qualescunque suut observationes accipias quaeso studiisque meis faveas. Vale.

Observationum Lucianearum Specimen IV.

Somn. c I ὁ δὲ πατὴρ ἐσκοπεῖτο μετὰ τῶν φίλων ὅ, τι καὶ διδάξαιτό με. Non puto me rem ab instituto meo atque iis ingratam facturum esse, qui libenter in scriptis Luciani pervolutandis versantur, si cum iis communicavero haec verba a Grammatico in Crameri Anecd. Gr. IV. 256. 5. allata esse, sed ita ut παρεσκοπεῖτο pro ἐσκοπεῖτο legatur. Illud autem utique damnandum est, quod nec Luciani proprium est et sententiae prorsus repugnat. Verum etiam qui περιεσκοπεῖτο in eius locum substituere vellet, eadem chorda oberraret. Cum enim et περισκοπεῖν et περισκέπτεσθαι dicat Lucianus, utrumque tamen verbum ita usurpat, ut nunquam si bene memini translata significatione ponat. Ceterum quod Ver. Hist. I. 32 ἐβάδιζον ἐς τὴν ὕλην περισκοπήσασθαι τὰ πάντα βουλόμενος divulgarunt duumviri auctoritate trium codicum adiuti pro vulgato περισκέψασθαι festinantius egisse videntur, cum medium huius verbi apud Lucianum aliis locis quantum equidem observavi non occurrat, de quibus utriusque generis vicibus quanquam infra dedi pauca, plura tamen exponam alio tempore.

Somn. c. 2. δίδασκε παραλαβὼν λίθων ἐργάτην ἀγαθὸν εἶναι καὶ συναρμοστὴν καὶ ἑρμογλυφέα. Priores editores, in iis Dindorfius in editione Parisina in his vitium non viderunt, sed hodie in editione Lipsiensi idem Dindorfius correxit: ἑρμογλυφεῖν, quod Lucianum incredibile esse ait in Adnotat. crit. p. XII. a recta et usitata nominis forma ἑρμογλύφος qua modo ipse usus esset, ad inauditam illam ἑρμογλυφεὺς aberrasse. Si corrigere voluit propter convenientiam ἑρμογλύφον reponere debuit. Sed mutationis iusta caussa non est, nec intelligo quo iure ἑρμογλυφεὺς forma nominis inaudita aut id quod etiam Fritzschius concedit barbara dicatur: quod quomodo demonstrare voluit? cum utramque formam et ἑρμογλύφος et ἑρμογλοφεὺς Lexicographi ex hoc solo Luciani loco afferant, alaque exempla desint. At Lobeckius ad Phryn. 315 sq. praecipit nomina verbalia in ος et in ευς exeuntia ubi iuxta exstent pari auctoritatate uti. Qua de caussa recte fecit Fritzschius quod ἑρμογλυφέα, quam lectionem Thomas Magister l. c. et omnes libri exhibent, servavit omnemque emendandi rationem acerrime reiecit. Quae sequuntur verba Grammaticus in Crameri Anecd. Gr. 256. 16. hunc in modum citat: ὁπότε ἀφεθείην ὑπὸ τῶν διδασκάλων ἀνέπλαττον ἵππους βόας νὴ Δία γε καὶ ἀνθρώπους, ea a contextu qui hodie exstat mirum quantum recedunt.

Somn. c. 3 post verba οἷς προηρούμην nonnulla interisse putat Fritzschius lacunamque ita explendam iudicat: μικρῷ δ' ὕστερον ἀφόρητον τὸ πρᾶγμα ἐφαίνετο καὶ τό γε πρῶτον κ. τ. λ. Haec displicent: quae quomodo in sententiae rationem apte conveniant aut ut prioribus opposita sint meliorem ad ea quae sequuntur faciant transitum, minus intelligere me confiteor. Praeterquam enim quod difficile admodum est ac lubricum sine ullo adminiculo quae quis cogitaverit, explere ac redintegrare, sententia huius loci integra ac perfecta videtur. Rem mihi ita propono. Lucianus enim cum avunculo committeretur [1]) verba illa οὐ σφόδρα τῷ πράγματι ἀχθόμενος κ. τ. λ. paterna domo relicta cum ad avunculum se conferret, in cogitationibus defixus dixisse atque secum reputasse existimandus est, quemadmodum ut prioribus discipulis amicisque gaudium necopinatum pararet et parvis gratisque donis oblectaret, tempus in exiguis

1) Lego: παρεδιδόμην quod correxit Hemsterhusius quem Fritzschius secutis est, ceteri e codicibus παρεδεδόμην. Illud praestat.

quibusdam simulacris concinnandis positurus esset; simul autem atque domum intravit, avunculus benigne exceptum ante omnia primum (*καὶ τό γε πρῶτον*) praemissa proverbiali sententia edocet, quae qui artem discere coeperunt, potissimum observare debeant. In his quid quaeso obscurum aut mutilum laceratumque est? Afferam alium locum, in quo explicando qui accurate consideraverit, nec plus quam scriptor ipse dicere voluit quaesierit, is nullo negotio intelligere poterit, cur a novissimis Luciani editoribus discedendum ducam. Leguntur enim c. 4. haec: *ἐπεὶ νὺξ ἐπῆλθε, κατέδαρθον ἔτι ἔνδακρυς καὶ τὴν νύχθ' ὅλην ἐννοῶν* . . . In his primus quod sciam Bekkerus offendit qui mancam sententiam esse ratus lacunam ita explendam coniecit: *τὰ συμβάντα ἐστρεφόμην*. Vehementer probarunt Dindorfius et Fritzschius, qui ut coniecturae illi maiorem fidem faceret, praeter Arist. Nubb. 36. apte comparavit Hom. Il. XXIV. 5. . . *οὐδέ μιν ὕπνος ᾕρει πανδαμάτωρ, ἀλλ' ἐστρέφετ' ἔνθα καὶ ἔνθα Πατρόκλου ποθέων ἀδροτῆτά τε καὶ μένος ἠΰ*. Etiamsi nullo modo dubitem, quin Lucianus eadem prorsus vel simili insomniae imagine turbulentam suam animi tempestatem depingere potuerit, perquam tamen mirum videtur, omnes quotquot collati sunt codices in hac lectione concordare et ne in uno quidem ullum lacunae vestigium inveniri. Sed ne haec quidem verba quidquam habent difficultatis. Nihil enim impedit quominus verbum *καταδαρθάνειν* latiore significatione ita accipiatur, ut *καταδαρθάνειν* is dicatur, qui cum interdiu aliquid molesti et adversi expertus sit aut cura pavore metu aliisque animi perturbationibus afficiatur, noctu dormire nequeat sed quia non per omnia corporis membra quietem sopor emittit, semisomnus in lecto huc illuc volvatur nec tamen animi curas aliasque quibus vexatur imagines ex pectore eiicere possit. Quis enim est, qui non ipse iam saepe hunc dormiendi simul et expergiscendi statum senserit? Verum si est quod disputavi nihil excidisse affirmo. Obiectum enim enunciati quod propter participium *ἐννοῶν* vehementi studio expetit[2]) Dindorfius, equidem non tantum requiro, cum ex iis quae antecedunt, facile intelligatur. Vertas: nachdem die Nacht gekommen war, schlief ich mich wälzend noch unter Thränen und Nachdenken während der ganzen Nacht. Paullo antea leguntur haec: *ἀγανακτησαμένης δὲ τῆς μητρὸς καὶ πολλὰ τῷ ἀδελφῷ λοιδορησαμένης* . . formam Aoristi *ἀγανακτησαμένης* quam omnes libri et Thomas Mag. 416. habent, hodie iam non poterit ex hoc loco moveri, quanquam iam pridem fuerunt qui barbaram eam esse et potius *ἀγανακτησάσης* restituendum censerent. Et ego quoque apud Lucianum eam formam mallem. Sed neque Dindorfius neque Fritzschius proscribere voluerunt, et recte quidem, quia videtur tamen aliquid habere, quo defendi possit. Defensionem autem suscipere conabor. Quemadmodum enim paene quodque verbum transitivae significationis intransitivae naturam induere potest ita vicissim quodque fere intransitivum verbum colorem transitivae notionis duxisse credibile est, quare factum est, ut Graeci ipsi, cum formas passivi aut medii generis plus minusve admitterent, vim generis frequenti usu hebetatam sensim everterent. Rem ut paucis exemplis administrem[3]): verbum *ἀπορεῖν* quod ipsum maximam partem intransitivo intellectu uti constat, passim apud bonos, frequentius apud serioris aevi scriptores, imprimis apud Plutarchum in genus passivum ita transit, ut significatio nihil aut paulum a significatione activi generis discrepet. Ita iam Plat. Alcib. II. 148. D. legatos ad oraculum Iovis Ammonii haec dicentes facit: *τοὺς Ἀθηναίους ἀγανακτοῦντας τῷ πράγματι καὶ ἀπορουμένους τίνι χρὴ μηχανῇ τῶν παρόντων κακῶν ἀποτροπὴν εὑρεῖν κ. τ. λ.* Id. Hippi. Mai. 286. D. *καὶ ἐγὼ διὰ τὴν ἐμὴν φαυλότητα ἠπορούμην τε καὶ οὐκ εἶχον αὐτῷ κατὰ τρόπον ἀποκρίνασθαι.* Xenoph. An. VI. 1. 21 . . *ἠπορεῖτο· ἀπορουμένῳ δὲ* (alii: *διαπορουμένῳ*)

2) De somno facili atque intermisso verbum *καταδαρθάνειν* usurpat Lucianus de merc. cond. 30 *ἀπελθὼν τοῦ δείπνου μικρόν τι κατέδαρθες;* nec secus in Icarom. c. 28. ubi dum deos hominesque per totam noctem iucunda quies mulcet, Menippum ipsum insomnem ac de multis rebus meditantem, tum paullum obdormissentem facit (*τότε μὲν οὖν μικρόν τι κατέδαρθον*).

3) Indicem verborum ad id collatorum cum ita depositum habeam, ut in praesentia invenire nequeam magnopere doleo, quod rem pluribus persequi non possum.

αὐτῷ διακρῖναι ἔδοξε κράτιστον εἶναι τοῖς θεοῖς ἀνακοινῶσαι. Alia dabunt Stallb. ad Plat. Soph. 264. C. et Schoem. ad Isae. p. 192. sq. et ad Plut. Ag. c. 17. p. 151. Perfecti forma ἠπορήσθω ex Themist. Paraphr. Aristot. T. II. 140. Speng. Lexicis addenda est. Verbi δυσχεραίνειν passivam formam novit non modo Plut. Public. c. l. 24. δυσχεραινομένου δὲ τοῦ τῆς μοναρχίας ὀνόματος κ. τ. λ. Id. Cic. c. 24. τῷ δ' ἐπαινεῖν ἀεὶ καὶ μεγαλύνειν αὐτὸς ἑαυτὸν ὑπὸ πολλῶν δυσχεραινόμενος. quos locos debeo Henrico Stephano in Thesaur. Gr. ling. s. v. sed etiam Dio Chrysost. Or. XIV. 14. καὶ γὰρ περὶ τούτων ἐπίκειται ζημία τὸ μισεῖσθαι ἢ δυσχεραίνεσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. Verbum διακονεῖν autem in universum est: ministrum (ministram) esse, ministrare; sed cum quis et alii et sibimetipsi ministrare possit, quid mirum est quod eo intellectu praeditum facile in genus medium transit, quomodo usurpavit Soph. Philoct. 287. κἄδει τι βαιᾷ τῇδ' ὑπὸ στέγῃ μόνον διακονεῖσθαι, ubi Scholiasta recte explicavit per ὑπηρετεῖσθαι ἐμαυτῷ et Ellendtius in Lex. Soph. s. v. comparavit Arist. Acharn. 1017. ἤκουσας ὡς μαγειρικῶς κομψῶς τε καὶ δειπνητικῶς αὑτῷ διακονεῖται; Atque quemadmodum in scribendi genere sua quisque scriptor propria habet, quibus maxime delectatur, ita Lucianum iuxta alia videmus formas medii tum in hoc tum in aliis verbis nimio studio fovisse; ita tamen, ut id genus verbi non plane suam naturam deposuisse videatur. Amorr. 14. παρὰ μὲν γὰρ Ἥβης οὐκ ἂν ἐγὼ διακονουμένης ποτὸν ἐδεξάμην. Vertas: nam ab Hebe quanquam (adhuc) ministram se praestabat, equidem potum non accepissem. Eodem pacto de merc. cond. 16. καί που καὶ μειράκια ὡραῖα διακονούμενα καὶ ἠρέμα προςμειδιῶντα sunt adolescentuli formosi qui ministros se praestant et leviter arrident. Conf. Asin. 53. Charid. 2. Tyrannic. 22. Ver. Hist III. 14 Hi loci desunt in Indice Lucianeo s. v. Nec Lucianus solus mediam formam activae praetulit sed in illum modum etiam Dio Chrysostomus locutus est, qui munus activi generis qno semel tantum usus est in Or. X. 10. quattuor locis in medium transtulit. Leguntur enim in Orat. VII. 65. θυγάτηρ δὲ ὡραία γάμου διηκονεῖτο et paullo post in eadem oratione §. 67. ἡ μὲν οὖν παῖς ἐπαύσατο διακονουμένη et ibidem: τὸ δὲ μειράκιον ἀντ' ἐκείνης διηκονεῖτο et Or. LXXI. 4. ἅ φησι τοὺς χείρονας τοῖς ἀγαθοῖς διακονεῖσθαι. Nec passivae formae huic verbo desunt. Namque cum notione actionis etiam obiectum eius actionis admittit, quocirca ubi de rebus publicis sermo est, suppresso fortasse ministri significatione apte dicere potuit Dem. Or. L. 2. δέομαι ὑμῶν μή με ἡγήσησθε ἀδολεσχεῖν ἐὰν διὰ μακροτέρων διηγῶμαι τά τε ἀναλώματα καὶ τὰς πράξεις, ὡς ἐν καιρῷ τε ἕκασται καὶ χρήσιμοι τῇ πόλει ἐδιακονήθησαν et Id. Or. LI. 7. τῶν δὲ καλῶς δεδιακονημένων νῦν αὐτοῖς κελεύειν χάριν ὑμᾶς ἔχειν. Neque nimiam sane difficultatem movet verbum ἀπαντᾶν quod propter insitam significationem Atticos activo tantummodo genere dixisse constat. Verum tamen si futuro medii ἀπαντήσομαι utitur ut magno consensu tradunt grammatici nec alio modo in libris Atticorum reperitur cum apud recentiores scriptores futurum ἀπαντήσω ita pervaleat, ut altera forma propemodum exoleverit: dubitari nullo modo potest, quin caussa aliqua fuerit, qua Graeci in usum futuri ex medio assumti ducerentur. Hanc autem caussam fuisse existimo, quod alia quoque quam vulgo creditur significatio in hoc verbo aut delituit aut saltem cogitari potuit. Quapropter non satis erit nec utique convenire videtur quod Grammaticus in Bekk. Anecd. Gr. I. 416. 9. dixit: ἀπαντᾶν· τὸ παραγίνεσθαι εἴς τινα τόπον. Conf. Bachm. Anecd. Gr. I. 111. 17. Immo cum usitata vi atque potestate etiam transitivam coniunctam fuisse probabile videtur, quam qualicunque ratione moti futuro attribuerunt Attici, in aliis temporibus repudiarunt. Itaque ἀπαντήσομαι valet: conferam me in locum aliquem ut alicui occurram, id sive amico sive infesto animo fit. Similiter βήσομαι futurum explicandum est, quod nihil aliud esse liquet quam: ducam me in locum aliquem. Quam ob rem

4) In locutione βαίνειν πόδα quam Eur. Electr. 94. usurpavit (ibique Seidler. p. 17.) non tam liberiorem poetae dictionem, ut censet Buttmannus Gr. Gr. s. v. quam transitivum verbi intellectum inesse reperio, qui dilucidius in compositis emergit. Significat enim: pedem eundo movere. Conf. Lob. ad Soph. Ai. 40. p. 86. sq. Maetzn. ad Dinarch. p. 138.

Lucianus Lexiph. 25 ἀπαντώμενος et alia recte reiicere potuit, quod in attico sermone nunquam civitatem accepissent. At scriptores serioris aetatis hanc activam significationem in alia medii tempora transtulerunt nec soli Polyaenus Polybiusque tali modo dixerunt ut Lob. ad Phryn. p 288. docuit sed etiam Charit. VII. 5. ὁ μὲν Αἰγύπτιος ἔχων τὴν πεζὴν στρατιὰν ἀπηντᾶτο τοῖς πολεμίοις i. e. cum pedestri exercitu conferebat se in eum locum ut hostibus occurreret, quod brevius dictum idem valet, quod obviam ibat hostibus. Itaque ubi de rebus, quae cui in aliquo loco occurrunt, aut acciderunt, sermo est, perfectum ἀπηντῆσθαι recte usurpari potuit, qui verbi usus apud Dionysium Halicarnassensem increbruit Antiq. Rom. V. 5. παράδοξα μὲν ἡμῖν ἀπήντηται τὰ πρῶτα, quo intellectu idem Dionysius IV. 33. dixit παρὰ γνώμην ἅπαντα ἀπήντηκέ μοι. Forma ἀπήντηται recurrit VI. 88; VII. 57; VIII. 33; 47. Infinitivi ἀπηντῆσθαι usum testatur Dionys. l. c. VI. 7. τὸ μὴ τοιαῦτα ἡμῖν ἀπηντῆσθαι παρὰ τῶν πολεμίων. Sed ut iam in portum unde exii recipere me maturem: etiam verbum ἀγανακτεῖν non activi solum generis finibus circumscriptum erat, sed quanquam raro, transiliit tamen lascive in medii formas, ita ut nostro loco vertas: Die Mutter zeigte sich über das Benehmen des Bruders höchst gereizt (entrüstet) und machte ihm bittere Vorwürfe. Atque me quoque ἀγανακτησάσης apud Lucianum malle si supra dixi sed medii formam, quae quod gravibus codicum et Thomae Magistri testimoniis nitatur nullo modo amoveri possit, retinendam esse, iam alteram caussam adiicere lubet. Quid enim? Medium a Luciano, qui verbi ἀγανακτεῖν usum haud ignoravit nonne de industria quaesitum credibile est, ut lusui verborum cuidam indulgeret, quod ex collocatione participiorum ἀγανακτησαμένης et λοιδορησαμένης cognosci potest? Ceterum censeo nullam formam oportere addubitari, dum vel unum exstet exemplum quo defendi possit. Exstat autem aliud huius usus, quod Schaeferus in Lexico Graeco ab Henrico Stephano condito attulit e Palaephato 41. 7: ὀδυρομένου δὲ Ἀδμήτου τὴν συμφορὰν τῆς Ἀλκήστιδος, ἀγανακτησάμενος Ἡρακλῆς ἐπιτίθεται τῷ Ἀκάστῳ καὶ τὴν στρατιὰν αὐτοῦ διαφθείρει. ubi medium eodem intellectu accipiendum est. Sed quod adhuc quantum scio nemo produxit, simili modo dixit Hyperides apud Anonymum ad Hermog. T. IV. 445. sq. Walz: οἱ δὲ Ῥηνεῖς ἠγανάκτηνταί τε τῷ πράγματι καὶ προσκαλοῦντας Δηλίους τὴν αὐτὴν δίκην. Conf. Herm. Sauppii fragm. Orator. Attic. p. 287. 74. 18. Hinc iam possem in alia progredi, nisi duo tresve loci in promtu essent quibus quod cum iis quae disputavi minus congruere videntur alio modo opem ferendam arbitror. Ac primus quidem locus est qui legitur in Luciani Iov. Trag. 40. μετὰ μικρὸν δὲ αὐτοὶ ξυμπεσόντες οἱ θεοὶ ἐμονομαχοῦντο ἀναμὶξ οἵ ἄρρενές τε καὶ αἱ θήλειαι. Ita Iacobitzius dedit et in singulari huius dialogi et in maiore editione codicum Gorlic. et Oxon. auctoritate ductus; secutus est Geistius. Sed fateor me aegerrime tulisse cum eam lectionem antepositam legerem nullam ob aliam caussam quam quod Lucianus formarum medii esset amantissimus. Inepta sane ac frigida est ea mutandi ratio. Debebat enim meminisse vir doctissimus, quod de singulis verbis quae formas medii praeferunt valeat, idem non de omnibus valere nec temere quidquid in ea re vel optimi libri exhibent in textu emendando prehendere, praesertim cum scriptoris usus adversetur. Adversatur autem Lucianus, qui modo verbum μονομαχεῖν novit, ex quo cum Index Lucianeus s. v. non omnes locos habet, hos adiicere iuvat: μονομαχῶν Vot. 39; 46; μονομαχοῦντες de Calumn. 10; μονομαχεῖν Asin. 49; ἐμονομάχησαν Dial. Meretr. XIII. 2; ἐμονομάχησε Paras. 45; μονομαχῆσαι Tox. 11; 59; Dialog. Meretr. XIII. 2. Adversantur vero etiam alii scriptores: μονομαχεῖς Syrian. in Hermog. T. IV. 187. (bis) Walz., Tom. V. 340. 21; μονομαχεῖ (ἐπὶ τοῦ βήματος) Themist. Or. II. p. 37 A.; μονομαχοῦσι Athen. IV. 154 a.; Plut. Quaest. Graec. 13. p. 294. A.; Apollod. III. 6. 8; μονομαχῶν Herodi. I. 15; Heliod. V. 32. 219; μονομαχοῦσαν (ὄφιν) Plut. Gryll. 4. 8. p. 987. F.; μονομαχούντων Athen. IV. 154. D.; Posidippus Comicus apud Athen. IV. 155. a. (conf. Meinek. Fragg. Com. Graec. IV. 520); Herodi. I. 15. s. f.; Dio Cass. LIX. 14; Themist. Or. VII. p. 86. C.; μονομαχοῦντας Heliod. VII. 8 266; Dio Cass. LV. 26; μονομαχεῖν Plut. Marc. 2; de superstit. 8. p. 169. B.; Diod. V. 28; Polyb. III. 62. (bis); Appian.

T. I. 194. 6. Bekk., Dio Cass. LXVIII. 32; Procop. de bell. Vand. II. 3. 464; Cinnam. Hist. IX. 20. 160.; ἐμονομάχει Herodi. I. 15; Dio Cass. LXXII. 17; LXXV. 8; LXXVII. 17; Liban. T. IV. 970. 6; coll. T. III. 370. 14; ἐμονομάχουν Athen. IV. 155. a., ἐμονομάχησε Plut. Nic. 18; Dio Cass. LIX. 5; ἐμονομάχησαν Dio Cass. XLIII 23; LXI. 9; LXVI. 25; μονομαχήσας Dio V. 28; μονομαχήσαντα Diod. V. 39; τοῖς μονομαχήσασι Plut. Symp. IX. 1. 1. p. 7 6. C.; μονομαχῆσαι Plut. Anton. 75; Diod. XVII. 6. 83. 100; Dionys. Halic. Antiq. Rom. X. 37; Dio Cass. LVIII. 15; LIX. 10; 13; LXXII. 21; μονομαχήσων Procop. de bello Goth. IV. 31. 620; μονομαχήσοντος Dionys. Halic. Antiq. Rom. III. 12; μονομαχήσοντες Athen. IV. 154. b.; μονομαχήσοντας Heliod. VII. 4. 259; μονομαχήσειν Herodi I. 15; Heliod. VI. 15. 252; Dio Cass. LIX. 8. Ex his quae attuli exemplis, quibus Lexica nostra ditari possunt, evidentissime apparet, verbum μονομαχεῖν active tantum usurpatum fuisse et μονομαχεῖσθαι vix cuiquam Graecorum in mentem venisse. Quocirca vulgatam lectionem ἐμονομάχουν genuinam esse contendo atque recte fecit Dindorfius quod nihil in utraque editione mutavit. Alter locus qui quotiescunque in eum incidi suspicionem movit, legitur apud Arrian. V. 10. 3. νύκτωρ παραγαγὼν (Ἀλέξανδρος) ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ τῆς ὄχθης τοὺς πολλοὺς τῶν ἱππέων βοήν τε ἐποίει καὶ ἠλαλάζετο τῷ Ἐνυαλίῳ. De insolenti huius medii usu, qui sit in ἠλαλάζετο vix est, quod dicam. Sed mirum videtur, quod beatus Ellendtius, vir quondam amicissimus, postqum h. l. eam formam silentio praetermisit, ad Arrian V. 20. 2. p. 203. demum in transcursu quodammodo defendit; magis mirum quod haec medii forma in Lexica transire potuit. Vix alio loco simile quid invenietur et nisi forte statuere vis mutationem quandam subiecti in altero enunciati membro factam esse, id quod admodum displicet, defendere illam formam nullo modo poteris. Namque ego sine ulla dubitatione confirmo si usquam hic librariorum culpa peccatum esse, qui simili qui sequitur articuli τῷ sono in errorem ducti, ἠλαλάζετο scripserunt pro ἠλάλαζε τῷ Ἐνυαλίῳ. Sed his missis iam me converto ad locum, qui saepius legenti mihi et iterum atque iterum inspicienti iustam dubitationem iniicit num recte librorum fidem secuti sint editores novissimi et me commovet, ut sermonis graeci et auctoritati et rationi plus tribuendum esse existimem. Lucianus Vit. Auct. 1. scripsit: εἰ δέ τις οὐκ ἔχοι τὸ παραυτίκα τἀργύριον. καταβαλέσθαι ἐς νέωτα ἐκτίσει καταστήσας ἐγγυητήν. Offendit enim me usus medii in verbis τἀργύριον καταβαλέσθαι, quia illa dicendi formula in qua verbum καταβάλλειν de pecunia pendenda ac solvenda usurpatum cum variis eiusdem vel similis significationis nominibus consociatur, quamvis quasi Empusa mutabilior existat, semper tamen eandem in usu activi servat naturam. Perlustra mihi, quaeso, testimonia et ex Luciano omissis, ut par est, quae iam Index comprehendit et ex aliis diversorum temporum scriptoribus satis multa ad id collecta: τἀργύριον (ἀργύριον) καταβάλλειν dixerunt: Lucian. Vit. Auct. 27; Icarom. 5; Thuc. I. 27; Demosth. Or. XXIV. 87; Alciphr. I. 1. 4; III. 38. 2. (ἀργυρίδιον); Diphilus apud Athen. VI. 225. a. (conf. Meinek. Fragg. Comic. Graec. IV. 407. v. 11); Dio Chrysost. Or. XV. 22. 29; Iulian. Or. VI. 195. D.; Themist. Or. VIII. 109. D.; Isidor. Pelus. Ep. IV. 177; Theodoret. Ep. 78. δραχμὰς καταβάλλειν Alciphr. III. 59. 1.; Dio Chrysost. Or. XXXIV. 23.; ζημίαν καταβάλλειν i. e. multam persolvere Plut. Symp. I. 3. 8. p. 621. F.; κατάστασιν καταβάλλειν Lys. Or. XVI. 7. quod ex Bakii coniectura in editione Rauchensteinii legitur. λοιπάδας καταβάλλειν Theophil. Inst. Tit. de legat. §. 10.; λύτρα καταβάλλειν Dionys. Halic. Antiq. Rom. II. 10.: τὸ μετοίκιον καταβάλλειν Lucian. Deor. Conc. 3.; μνᾶς καταβάλλειν Plut. Cleom. 23.; νόμισμα ξενικὸν καταβάλλειν Plat. Legg. V. p. 742. B.; ὀβολοὺς καταβάλλειν Alciphr. I. 23. 3.; Long. Past. II. 12.; συμβολὰς καταβάλλειν Diodorus Comicus apud Athen. VI. p. 239. b. (conf. Meinek. l. c. III. 544. v. 13.) ἀπέρχετ' οἴκαδ' οὐ καταβαλὼν συμβολάς. τάλαντα καταβάλλειν Plut. Them. 24. τέλη καταβάλλειν Plut. Sertor. 6.; τιμὴν (τὴν τιμὴν) καταβάλλειν Plat. Legg. XI. 932. D.; Lucian. Asin. 48.; Arrian. Peripl. 22; Dio Chrysost. Or. VII. 40.; Liban. T. II. 545. 26.; τριώβολον καταβάλλειν Amipsias Comicus apud

Meinek. l. c. II. 706: ἦλθες καββαλὼν τριώβολον). χιλίας καταβάλλειν Liban. T. IV. 207. 5.; χιλίας λίτρας χρυσίου καταβάλλειν Zonar. Ann. VII. 23.; conf. Plut. Camill. 28.; τὸ χρέος καταβάλλειν translate dixit Constant. Manass. Breviar. Histor. metr. v. 1927. ἐφ' ὅλοις δὲ πεντήκοντα σὺν ἓξ κρατήσας χρόνοις τὴν ὀφειλὴν ἀπέδοτο, κατέβαλε τὸ χρέος; τὰ χρήματα καταβάλλειν Demosth. Or. XXIV. 122, 169; Aristid. Or. XXXIII. 620. 10. Dind. In congerendis id genus formulis fieri non potuit quin inciderem in locum, qui est Alciphronis l. 12. 6: ἐπεὶ δὲ τὸν μισθὸν κατεβάλετο τἀργύριόν με διέχει, quo loco cum ab initio pari modo depravationis vestigia deprehendisse mihi viderer, suspicabar olim fuisse: κατέβαλε, terminationem το ratus ob similem syllabarum το et τα sonum librariorum incuria a literis initialibus vocis τἀργύριον quae proxime sequitur facile originem ducere potuisse praesertim cum ut ex iis quae attuli exemplis videre licet, etiam Alciphro activi usum non ignoret. De ea re cum in variis lectionibus neque a Berglero neque a Seilero quidquam certi comperirem et ex Henrici Stephani Lexico s. v. nihil aliud discerem quam Boissonadum quoque ad Philostr. Her. p. 297. — is liber mihi nunc non est ad manum — nonnulla habere exempla inter quae unum formae mediae esset ex Alciphrone l. 12., tum in vulgato eo libentius aequiescendum putabam quod invenissem quo locus Lucianeus apte defendi posset. At vero cum Alciphronis editionem ab Augusto Meinekio curatam compararem eadem qua ego volui emendatione verbum κατέβαλε restitutum vidi. Quae cum ita sint iam audacius postulo, ut etiam apud Lucianum quem nemo sapiens contendere volet, ipsum scientem a sua dicendi consuetudine defecisse validiore medicamine admoto καταβαλεῖν reponatur. Verum tamen errat Meinekius, si l. c. p. 95 ait: „neque Alciphronem neque alium graecae dictionis gnarum scriptorem καταβάλλεσθαι μισθὸν dixisse pro καταβάλλειν. Namque ne καταβάλλειν μισθὸν quidem a quoquam quantum scio dictum est, sed μέρος μισθοῦ καταβάλλειν dixit Lucian. Tox. 31. μέρος τοῦ μισθοῦ τῷ δεσμοφύλακι καταβαλών. At λύτρα καταβάλλεσθαι habet Iulian. Or. II. p. 98 D. λύτρα καταβαλλόμενοι, pro quo Dionysius Halic. l. c. λύτρα καταβάλλειν usurpavit, quamquam et ille ipse dixit l. c. ἀργύριον καταβεβλήκαμεν. Constant. Manass. l. c. v. 3094. ὑπὲρ ἑκάστου δὲ κυνὸς, ὑπὲρ τῶν ὀναρίων ἓξ φόλλεις κατεβάλλετο τοῦ κτήνους ὁ δεσπόζων. Sed apud Nicet. Choniat. Hist. p. 149. 22. ubi haec vulgantur: βασιλεὺς . . ὀθόνας εὐανθεῖς καὶ χρυσίου μνᾶς ἱκανὰς ξυνέθετό οἱ καταβαλέσθαι δρῶντι ὡς ἔφησεν ἢ μὴν ταὐτὰ τουτονὶ καταθέσθαι μὴ περατοῦντα τὰ ξυγκείμενα non permultum interesse puto καταβαλέσθαι legas an quod codex Monac. suppeditat καταθέσθαι [5]) restitutas. Talia enim apud scriptores huius generis et aetatis facile tolerari possunt, quorum scribendi rationem quis est qui cum Luciano vel Alciphrone comparare velit? Iam vero quoniam id ago ut qui loci auxilium a codicibus hic illic latitantibus exspectant ad eos violentius interdum manum medicam adhibendam esse ostendam, placet huc trahere locum quendam Dionysii Halicarnassensis ubi lectionem quae scriptoris dictioni adversetur merito in suspicionem vocandam esse censeo. Est ille in Antiq. Rom. II. 38. καὶ πρὶν ἀνατεῖλαι τὸν ἥλιον μεταξὺ τοῦ τε Κυριvίου καὶ τοῦ Καπιτωλίου τίθησι ἐν τῷ πεδίῳ τὸν χάρακα, quo loco quia Dionysius quoties formula χάρακα τίθεσθαι utitur verbum semper medio nunquam activo genere effert pro τίθησι substitutum volo τίθεται. Videsis haec τίθεται τὸν χάρακα III. 39; 52; 63; IV. 51., V. 3.; VI. 20.; XI. 3. τίθενται τὸν χάρακα II. 54; V. 26.; τίθενται τοὺς χάρακας ἀμφότεροι V. 45; ἔθεντο τὸν χάρακα IX. 16; θέμενος τὸν χάρακα III. 42; VII. 6; θεμένη (ἡ συμμαχική) τὸν χάρακα III. 57; IV. 51; θεμένης (στρα-

5) Antiquos Graecos in hac re activum κατατιθέναι usurpasse demonstrant Plat. Protag. p. 328. C. ὅσον ἂν φῇ ἄξια εἶναι τὰ μαθήματα τοσοῦτον κατέθηκε; Demosth. Or. XXI. 49. τιμὴν καταθέντες; Id ibid. 99. ὄφλημα καταθέντα. Id. ibid. 152. ὅσον καταθεὶς οὗτος παύσεται τῆς ὕβρεως. Demosth. Or. LIII. 13. τὰ λύτρα καταθεῖναι. Antiphanes v. 14. apud Meinek. l. c. III. 67. οἱ τἀργύριον μὴ κατατιθέντες. Aliud est κατατίθεσθαι ἀργύριον de quo dicendi usu egit Weber. ad Demosth. Or. Aristocr. p. 158 quanquam κατατίθεσθαι ζημίαν dixit Phalaris Ep. 69. p. 212. Lennep. καταθεμένη τὴν ὑπὲρ τοῦ παιδὸς ζημίαν.

τιᾶς) χάρακα III. 41. ubi haud scio an scribendum sit *τὸν χάρακα*. Accedat formula similis *ἔθεντο τὰς παρεμβολάς* VI. 45. *θεμένου τὴν παρεμβολὴν* IX. 71. *θέμενοι τὴν παρεμβολήν* XI. 23.

Somn. c. 7. *ἐγὼ μὲν ὦ φίλε παῖ ἑρμογλυφικὴ τέχνη εἰμὶ ἣν χθὲς ἤρξω μανθάνειν οἰκεία τέ σοι καὶ συγγενὴς μητρόθεν*. Ita hodie Fritzschius edidit. Vulgo legitur: *ἐγὼ φίλε παῖ... συγγενὴς οἴκοθεν* ut est in editionibus Iacobitzii et Dindorfii. Ex Mehleri emendatione *μὲν ὦ* receptum est, quod probo: *μητρόθεν* scribendum esse pro *οἴκοθεν* vidit Fritzschius, qui ob similitudinem loci qui est apud Lucian. Tox. 51. *ἐγὼ δὲ Ἀλανός τέ εἰμι καὶ τῇ παιδὶ ταύτῃ συγγενὴς μητρόθεν* ita etiam in nostro loco scripsit postquam adverbium *οἴκοθεν* ut alienum ex contextu verborum exterminavit. Elegantem esse hanc coniecturam ac speciosam haudquaquam negaverim. Sed de eo loco ut dicam quid sentiam, mihi quoque semper fateor visum esse in voce *οἴκοθεν* aliquid inesse quod offenderet. Nolo vituperare quod vertunt „cognata genere" quasi non prorsus graecis verbis id respondeat neque quae est Fritzschii sententia orationem vicinitate verborum *οἰκεία ... οἴκοθεν* deformari censeo cum de industria fortasse Lucianus similibus verbis ludere voluerit, ut summam ea re familiaritatem denotaret. Nomina enim *οἶκος* et *οἰκία* de familia recte dici nemo infitiabitur quae dicendi ratio apud Plutarchum maxime frequentatur. Conf. Held. ad. Plutarch. Timol. 5. p. 334. Nos quoque pari modo loquimur: er ist ein Freund, ein Bekannter vom Hause. Hanc significationem etiam in adverbium *οἴκοθεν* transire posse facile concedo. At vero num *οἴκοθεν* id quod sententiae ratio efflagitat de eo qui a superioribus inde temporibus, a maioribus inde alicui amicus est, apte dicatur (nos dicere solemus: er ist mir von Hause aus befreundet, bekannt) ita ut in tempus transferatur id merito in dubitationem vocari potest, nisi huc trahere velis quod Lucian. Pseudol. 2. habet: *οἴκοθέν σε ἀκριβῶς εἰδότι*. Qua de caussa fuit cum alucinarer scribendum esse: *συγγενὴς ἄνωθεν* aut *συγγενὴς ἀνέκαθεν* ut Lucian. Iud. Voc. 7. *Βοιώτιος τὸ γένος ἀνέκαθεν*.

Somn. c. 10. *καὶ τὴν ψυχὴν ὅπερ σου κυριώτατόν ἐστι κατακοσμήσω πολλοῖς καὶ ἀγαθοῖς κοσμήμασι*. Vulgatam quam libri antiqui exhibent *ὅπερ σοι κυριώτατόν ἐστι* Hemsterhusius ita emendavit ut *ὅπερ σου κυριώτατόν ἐστι* tentaret, quod Iacobitzius Dindorfius Geistius Menkius receperunt in qua emendatione quoniam pronomen locum minus aptum tenere videbatur mihi in mentem venit fortasse scripsisse Lucianum: *τὴν ψυχήν σου ὅπερ κυριώτατόν ἐστι*. Eandem fere medicinam fecit Fritzschius qui et ipse pronomen transposuit sed dativum *σοι* servari iussit, quod verborum concinnitas quae est inter superius *πρῶτον μέν σοι* et *τὴν ψυχήν σοι* convenientius significaretur. Atque hanc medendi viam, quam Fritzschius iam in Quaest. Lucian. p. 75. ingressus erat, secutus est Iulius Sommerbrodtius. Verum tamen dubitari non potest quin Lucianus hoc quoque loco ut solet Platonicam quandam loquendi formulam in animo habuerit quam respiceret, quod praeter Hemsterhusium etiam alii fortasse non immerito putaverunt. Quippe Plato in Alcib. I. p 130. D. Socratem hoc dicentem facit: *οὐ γάρ που κυριώτερόν γε οὐδὲν ἂν ἡμῶν αὐτῶν φήσαιμεν ἢ τὴν ψυχήν*. Qua re ductus Villoisonus in commentatione quam de Theologia physica Stoicorum conscripsit quaeque in Friderici Osanni editione Annaei Cornuti de natura deorum adiecta invenitur p. 425. nostri Lucianei loci non immemor „forte (?) legendum esse *ἔν σοι* (leg: *ἐν σοὶ*) adnotavit.

Somn. c. 14. *ἡ δὲ ἀπολειφθεῖσα τὸ μὲν πρῶτον ἠγανάκτει καὶ τὼ χεῖρε συνεκρότει καὶ τοὺς ὀδόντας ἔπριε*. Lectionem vulgatam *ἐνέπριε* primus Iacobitzius auctoritate codicis potissimum Gorl. ductus et Schaeferum apud Erfurti ad Soph. Ant. v. 831. secutus mutavit in *συνέπριε* quae correctio a Dindorfio in editione Parisina Geistio Menkio recepta diu editiones occupavit. Conf. Fritzsch. Quaest. Lucian. p. 13. Sed verbum compositum *συμπρίειν* in tota Graecitate omnino non inveniri animadvertit eorum nemo. Recentiore demum tempore Cobetus l. c. aut ante eum Mehlerus l. c. viderunt reponendum esse *τοὺς ὀδόντας ἔπριε* quam locutionem Lucianum ex Aristoph. Ran. v. 927. *μὴ πρῖε τοὺς ὀδόντας* in rem suam convertisse certum

habeo. Dindorfius igitur monitus Luciano non dubitavit quin in editione Lipsiensi suum redderet scribendo: *ἔπριε* quod cum etiam in codice Marciano n. 434. invenerint Sommerbrodtius et Fritzschius facile intelligi potest, quid caussae sit cur priores lectiones *ἐνέπριε* et *συνέπριε* quanquam compluribus bonae fidei codicibus commendantur oblivioni prorsus datae sint. His expositis iam animos lectorum, si qui erunt, in alium Luciani locum convertere licet, quem cum pari labe inquinatum equidem inveniam, in eandem remedii societatem vocare placet. Est autem ille libelli qui est de calumn. 24. *μισεῖ δὲ καὶ λάθρᾳ τοὺς ὀδόντας διαπρίει καὶ ὡς ὁ ποιητής*[6]) *φησι βυσσοδομεύει τὴν ὀργήν.* Hoc quoque loco etsi nulla lectionis varietas est neutiquam dubito quin compositum *διαπρίει* tollendum scribendumque sit aut *πρίει* quod praestare iudico aut *διαπρίεται,* quia terminatio *ται* a particula *καὶ* quae subsequitur facile absorberi potuit. Etenim vera si est apud Hesychium glossa *διεπρίοντο· ἐθυμοῦντο, ἔτριζον τοὺς ὀδόντας* medium verbi in usu fuisse videtur de iis qui dentibus frendentes indignationem quandam aut iram manifestant. Sed quoniam incorrupta generis medii integritas tum demum extra dubitationem poni poterit cum exempla certis argumentis innixa reperta erunt, persto in ea sententia ut *πρίει* hoc loco unice verum esse censeam. Quapropter probo quod Dindorfius sua ipsius auctoritate fretus in Dial. Meretr. XII. 2. *τί με ὑποβλέπεις καὶ πρίεις τοὺς ὀδόντας* in novissima editione vulgari iussit pro *πρίῃ* quod iam in suspicionem vocatum erat a viro quodam docto qui in Stephani Thes. ling. gr. s. v. activam formam recte postulavit [7]).

6) Respicitur aut Hom. Od. XVII. 66. *κακὰ δὲ φρεσὶ βυσσοδόμευον* aut Hesiod. Scut. Herc. v. 30. . . *δόλον φρεσὶ βυσσοδομεύων.*

7) Caussam si quaeris quemadmodum *συνέπριε* in textum venerit in eo positam esse puta, quod cum librarius aliquis ob antecedens *συνεκρότει* margini adscripsisset *συνέπριε,* in quem errorem etiam Schaeferus l. c. inductus erat, non reputans verbum compositum graeca civitate non donatum esse, postea in perpetuitatem verborum inde immigravit et latius ita atque latius serpsit. Atque is quidem error eo facilius librariis condonari potest, quod scriptores re vera verba cum eadem praepositione composita iuxta collocare consuerunt. Sed etiam in contrariam partem saepe peccatum est, de qua re vide quae exposui in Observatt. quibusd. in Xenoph. Hellen. p. 11. Quae huc pertinent exempla sunto. Iunguntur Quom. hist. conscr. sit 49. *συνδιωκέτω καὶ συμφευγέτω,* ubi Iacobitzius solus id quod exspectari poterat ex codd. Gorlic. et Vindob. 114. cui hodie cod. Florent. a Fritzschio collatus accedit, simplex *διωκέτω* dedit, quod quo iure poeticum esse dixerit Fritzschius, equidem expiscari nequeo. Vulgatum *συνδιωκέτω,* quod confirmatur codice Marciano n. 434. recte tuentur Dindorfius et Fritzschius. De sacrif. 9. *πάλαι μὲν οὖν καὶ ἄνθρωποι συνειστιῶντο καὶ συνέπινον αὐτοῖς,* quo loco varia lectio est in codice Gorlic. qui *εἱστιῶντο* praebet, quod non recepisse se dolet Iacobitzius ad locum, quem ante tractavi. At vero non est, cur illum pigeat facti. Quod inscius suique oblitus fecit vir religiosus, id probum est et utrumque ita consociatum ut Parasit. 22. dictum est: *ὡς δῆλον ὅτι τὸν συμπίνοντα καὶ συνεσθίοντα μόνον πιστὸν φίλον ἡγουμένων* aut simili ratione ibid. 59. *τίς γὰρ ἂν τολμήσειεν ἐπιβουλεῦσαί τινι τούτου προεσθίοντος καὶ προπίνοντος;* Eundem in modum locuti sunt alii: Plut. Consol. ad Apollon. 1. p. 101. F. *συνήλγησα καὶ συνηχθέσθην;* Dionys. Halic. Antiqq. Rom. IV. 25. *συνέθυόν τε καὶ συνεπανηγύριζον,* quibuscum compara Herodi. IV. 9. *συμπανηγυρίσας αὐτοῖς καὶ συνεορτάσας.* Dionys. l. c. IV. 25 *τὰς πόλεις τοῦ Λατίνων γένους συστῆσαι καὶ συναγαγεῖν.* Id VII. 35. *συνήργουν αὐτοῖς, καὶ συνελάμβανον οἱ δημαγωγοί.* Id. X. 10. *συντρέχει τε καὶ συνᾴδει τοῖς ἔξωθεν ἐπιστελλομένοις τὰ ἐνθένδε μηνυόμενα.* Id. X. 16. *συνεκινδύνευον οὗτοι τῷ Οὐαλερίῳ μόνοι καὶ συνεξεῖλον τὰ φρούρια.* Arrian. Anab. V. 19. 7. *ξυγκαμών τε καὶ συγκινδυνεύσας Ἀλεξάνδρῳ,* ubi scribendum erat *ξυγκινδυνεύσας,* quo pacto est apud eundem V. 27. 9. *οἱ ξυμπονοῦντές τε καὶ ξυγκινδυνεύοντες* et ibid. §. 16. *τοὺς πρότερον ξυμπονήσαντάς τε καὶ ξυγκινδυνεύσαντας.* Dio Chrysost. Or. XII. 26. *συνεξανύειν καὶ συνεκπονεῖν.* Eiusdem generis sunt Lucian. Hermot. 84. *μεταμαθήσῃ καὶ μεταχωρήσεις.* Quom. hist. conscr. sit. 34. *μεταπλάσαι καὶ μετακοσμῆσαι.* Dionys. Halic. l. c. III. 69. *οὔτε τοὺς ὅρους μετακινήσει καιρὸς οὐδεὶς οὔτε τὴν ἀκμὴν μεταβαλεῖ.* Lucian. Abdicat. 9. *ἐπὶ τούτων ἀνάγκη μένειν καὶ μηκέτι μεταπηδᾶν μηδὲ μεταβουλεύεσθαι μηδὲ μεταποιεῖν τὴν κρίσιν,* ubi attendas velim triplicem illam verborum cum eadem praepositione compositorum seriem. Huc praeterea traho Hermot. 18. *τὸ τοίνυν διακρῖναι τοὺς εἰδότας καὶ διαγνῶναι.* Pseudolog. 11. *ἐξέκλεισας τοῦτο εὐθὺς καὶ ἐξεκήρυξας τοῦ Ἑλληνικοῦ* quibus infinita copia similium exemplorum adiici posset. Sed non primus observavi factum esse ut culpa librariorum cum in scribendo minus attenti essent, nonnunquam verba ex vicinis aliquid contagii contraherent. Vide Fritzsch in Quaest. Lucian. p. 13. Quod valet de loco qui ut hanc digressionem facerem me movit, idem valet etiam de loco qui est in Alex. 57. *οὕτω οὖν ἀνεκόπην τῆς ὁρμῆς καὶ ἐπαυσάμην;* ubi verbum simplex *ἐπαυσάμην* pro quo in duobus codicibus *ἀνεπαυσάμην,* in pluribus *ἀνεπαυόμην* sine dubio pro-

Somn. c. 17. *ἢ τάχα που τριέσπερον ὥςπερ ὁ Ἡρακλῆς καὶ αὐτός ἐστι.* De cognomento *τριέσπερος,* quod Herculi inditum erat iis quae et Hemsterhusius l. c. indicat et ego in Observatt. Luc. II. p. 27. haec adiicere liceat. Et fabulam quidem notam illam respiciunt Eust. ad Hom. Od. *ψ*. 243. p. 1946. 50. *ὥςπερ ἐπὶ τῆς τοῦ Ἡρακλέος* (sic!) *γενέσεως καὶ αὖ πάλιν ἐπὶ τῆς τῶν Μουσῶν παρεκτείνει ὁ μῦθος τὴν νύκτα εἰς τριέσπερον μῆκος καὶ εἰς ἐννεάνυκτον*[8]) *οὕτω κ. τ. λ.* Aristid. Or. V. 53. Dind. *τοσαύτην δὲ ἔσχε (πατὴρ) τὴν σπουδὴν εἰς τὴν γένεσιν αὐτοῦ ὥςτε τρεῖς ἡμέρας καὶ νύκτας ἑξῆς ὥς φασι συνῆν αὐτῇ βουλόμενος τῆς αὐτοῦ φύσεως ὅτι πλεῖστον καὶ ἀριβέστατον* (lege: *ἀκριβέστατον*) *εἰς τὰς γονὰς καταθέσθαι* quo etiam spectat quod habet Achill. Tat. II 37. *Ἀλκμήνῃ τοῦτο μόνον δῶρον ἀρκεῖ ὅτι δι' αὐτὴν ἔκλεψεν ὁ Ζεὺς τρεῖς ὅλους ἡλίους.* Diod. IV. 9. *τὸν γὰρ Δία μισγόμενον Ἀλκμήνῃ τριπλασίαν τὴν νύκτα ποιῆσαι* ubi v. Wessel. p. 319 Conf. Zonar. 1740., Villois. Anecd. Gr 210. 35. sq. Cognomen ipsum commemorant Ioann. Lydus de mensib. IV. 46. p. 81. 18. *ταύτῃ καὶ τριέσπερος λέγεται κατὰ Λυκόφρονα· φησὶ γὰρ* (v. 33) *τριεσπέρου λέοντος ὅν ποτε γνάθοις Τρίτωνος ἠμάλαψε κάρχαρος κύων· τὸ γὰρ τρισὶ νυξὶν ἐσπάρθαι τὸν Ἡρακλέα μυθικόν ἐστιν.* Nicet Choniat de signis Constant. 5. p. 859. 5. *κατήρειπτο τοίνυν Ἡρακλῆς ὁ τριέσπερος μέγας μεγαλωστὶ κοφίνῳ ἐνιδρυμένος κ. τ. λ.* Greg. Nazianz. Or. III. 108. B. *ταῖς πεντήκοντα Θεστίου θυγατράσιν ἐναθλεύων Ἡρακλῆς ἐν μιᾷ νυκτὶ ὁ τριέσπερος κ. τ. λ.* Iustin. Martyr. II. p. 39. A. *τὸν γὰρ τριέσπερον Ἀλκείδην τῶν ἀγώνων ἡγήτορα κ. τ. λ.* Sed Latini quoque poetae fabulam illam non prorsus neglexerunt. Conf. Senec.

pter vicinum *ἀνεκόπην* scriptum et diu de manu in manum traditum erat, ex aliis libris editores, quos recens aetas tulit, in contextum receperunt. Et recte quidem id fecerunt. In qua re minime mirum, si veteres librarii quos in scribendo negligenter saepenumero atque inconsiderate egisse constat, multifariam a recta via aberrarunt: magis mirum, si viros doctissimos temporis vel recentioris in diiudicanda utriusque verbi significatione atque in eligendo utrum praestet dissidentes inter se ac fluctuantes video. Leguntur enim apud Xenoph. Anab. IV. 2. 4. haec. *οἱ μέντοι πολέμιοι φοβούμενοι δῆλον ὅτι οὐδὲν ἐπαύσαντο δι' ὅλης τῆς νυκτὸς κυλινδοῦντες* (alii: *κυλίνδοντες*) *τοὺς λίθους.* Sic locum dederunt Bornemannus Poppo Hertlinus Kuehnerus Vollbrechtius Rehdantzius Sed Kruegerus in editione maiore varia lectione, quae vacillat inter *οὐδ' ἐπαύσαντο* et *οὐδὲν ἐπαύσαντο* reiecta solus dedit *οὐδ' ἀνεπαύσαντο* signo interpunctionis post verbum collocato hoc sensu: ne somnum quidem ceperunt per totam noctem lapides devolventes. Sunt fortasse quibus interpunctio illa et loci interpretatio arrideat: mihi quidem utrumque displicet. Accedit quod *οὐδ'* ante verbum positum omni vi ac potestate caret. Debebat saltem scribi: *οὐδὲν ἀνεπαύσαντο.* At vero ne id quidem mihi probatur. Quidni? quaerat quispiam. Dicam. Cum enim hostes quemadmodum in iis quae antecedunt interdiu nullo temporis spatio intermisso de rupe saxa lapidesque ingentes devolvisse dicuntur et ita quidem ut Graeci adire non possent, sic etiam ne noctu quidem labore destitisse cogitandi sint, facile intelliges quid sit caussae, cur id quod sententiarum ratio exigit vehementissime, graecis quoque verbis expressum velim. Id autem nullo negotio efficere poteris, si negatione transposita mecum scripseris: *οὐ μέντοι πολέμιοι ἐπαύσαντο οὐδὲ δι' ὅλης τῆς νυκτὸς κυλίνδοντες τοὺς λίθους.* Quid? quod idem Kruegerus apud Xenoph. Anab. V. 6. 31. vulgavit: *καὶ αὐτός τε ἀναπαύομαι ἐκείνης τῆς διανοίας καὶ ὁπόσοι πρός με προςῄεσαν λέγοντες χρὴ ταῦτα πράττειν ἀναπαύσεσθαί φημι χρῆναι,* toto coelo erravit. Nam si quidem verbum *ἀναπαύεσθαι* quod de iis potissimum dicitur, qui a laboribus requiescunt et quieti se dant, vel de militibus qui in itinere subsistunt nunquam pro simplici quantum observavi, usurpatum esse videtur, quamquam id hoc loco fretus perperam docet Benselerus in Lexico s. v. utroque loco simplex *παύομαι* quod ceteri editores iam habent et *παύσασθαι* scribendum est, quod solus Vollbrechtius dedit, praesertim cum praepositionem tres libri omittant ut ostendit Rehdantzius in libello, qui inscribitur „kritischer Anhang zu Xenophons Anabasis" p. 23. n. 23. His disputatis non puto dubium esse, quemadmodum accipiendus sit locus quidam qui est Thucydidis VII. 73. 2. *τοὺς δὲ ἀνθρώπους ἄρτι ἀσμένους ἀπὸ ναυμαχίας τε μεγάλης ἀναπεπαυμένους καὶ ἅμα ἑορτῆς οὔσης ... οὐ δοκεῖν ἂν ῥᾳδίως ἐθελῆσαι ὑπακοῦσαι,* quo loco qui compositum addubitarunt in contrariam partem peccant si scripturam *πεπαυμένους* e codice Vaticano enotatam in locum eius suffici iubent, quam ego quidem ut genuinam credam nunquam adducar, cum cohaerentia verborum utique adversetur. Sensus enim est: intellexerunt homines (milites) qui post pugnam navalem quieti se libenter dedissent non facile obtemperaturos esse. Quod qui adiuvare volunt ex Eur. Med v. 46. ut simile afferunt: *ἀλλ' οἵδε παῖδες ἐκ τρόχων πεπαυμένοι στείχουσι* cui componas Eur. frag. 106. p. 311. Nauck. *ὁρῶ μὲν ἀνδρῶν τόνδε γυμνάδα στόλον στείχοντα θεωρὸν ἐκ τρόχων πεπαυμένον* sed id poetis relinquendum est, qui quam saepe a prosa dictione discedant suoque animo indulgeant in vulgus notum est. Merito igitur alteram lectionem promulgavit Kruegerus Bekkerum secutus et miror quid sit quod Popponem moverit, ut ad mutationem cupide se applicaret scribendo [*ἀνα*]*πεπαυμένους.*

8) Hoc adiectivum deest in Stephani Thes. ling. gr.

Agam. v. 805. sq. (Bothe.) Stat. Theb. XII. 901. loquitur de trinocte Herculea. Conf. Taubm. ad Plaut. Amph. I. 1. 123.

Prometh. l. c. 3. *καίτοι φαίη τις ἄν παραμυθούμενος* . . Cum *φαίη τις* vulgo legeretur primus Struvius Opusc. II. 59. viam locum depravatum sanandi patefecit scribendo: *φαίη ἄν τις;* confecit rem Iacobitzius ad Tim. 53. cum verba in eum ordinem redigeret quem editores nuperrimi secuti sunt. Eadem paene dispositione ac serie verborum Dio Chrys. Or XXXI. 151. *καίτοι φαίη τις ἄν.* Aristid. Or. XLV. 50. Dind. *καίτοι φαίη τις ἄν.* Liban. Ep. 12. *καίτοι φαίη τις ἄν.* Cyrill. c. Iulian. II. p. 55. D. 83. B. 174. A. *καίτοιγε φαίη τις ἄν.* Cantacuz. Hist. III. 18. 115 et 41. 250. *καίτοιγε φαίη τις ἄν,* sed apud Galen. *περὶ ἀριστ. αἱρ.* 19. T. I. 158. coll. c. 23. 171. reponendum esse censeo *καίτοι φαίη τις ἄν* pro *καίτοι φαίη ἄν τις,* sed pronomine iudefinito antecedente dixit Cantacuz. l. c. III. 24. 149. *καίτοιγε πᾶς τις ἄν φαίη.* Nec aliter in aoristo apud Plut. Non posse suav. viv. 8. p. 1091. F. *καίτοι φήσειέ τις ἄν* quemadmodum rescribendum recte putat Theodorus Doehnerus Misnensis in Quaest. Plut. II. p. 11. cui etiamsi in hac verba melius digerendi ratione libenter assentiar, assentiri tamen nequeo si cum Plutarchus in tertia aoristi persona constanter utatur forma quae dicitur attica *φήσαι τις ἄν* in *φήσειέ τις ἄν* immutandum esse contendit in iis locis quos ipse attulit, in quibus desidero Plut. de defect. orac. 37. p. 430. A., de tranq. anim. 9. p. 469. E., An seni sit ger. resp. 10. p. 789. B. Utraque optativi forma vel apud optimum quemque antiquioris aevi scriptorem promiscue invenitur. Sunt autem quaedam loquendi formulae quae cum apud omnes prosae orationis scriptores frequenter redeant tam certam fixamque verborum collocationem servaat ut solennis ac legitima vere dici possit. Id autem cum de aliis dictionibus valet de quibus alio tempore dicam tum potissimum de formula *φαίη τις ἄν.* In talibus consuetudine et ratione non casu caeco Graecos ductos esse probabile est. Apparet enim formulam *φαίη τις ἄν* numerosiore quodam gressu procedere et iucundius gratiusque sub aures cadere quam alteram formulam *φαίη ἄν τις,* in qua insuper hiatus quem vocales η et α faciunt, admodum offendit. In usu huius formulae persequendo quo facilius omnia oculis animisque perlustrari possint omnem locum in duas classes describam, quarum altera afferet exempla in quibus *φαίη τις ἄν* legitur, altera producet ea in quibus singula formulae vocabula sedem suam mutant et qua ratione. Ac primum quidem prodeant loci in quibus formula *φαίη τις ἄν* mediae orationi interposita fixa et immobilis comparet. Lucian. Prom. I. 3; Quom. hist. conscr. sit. 33. *καὶ δὴ τὸ χωρίον σοι, φαίη τις ἄν, ἀκριβῶς ἀνακεκάθαρται.* Dem. Or. XIII. 8; 11; Polyb. XXXIV. 6. (ex Strab. II. c. 105. 3.) Plut. Demosth. 9. Id. de adul. et amic. 3. p. 50. A., de frat. amor. 8. p. 481. F., 12. p. 484. E. sed 16. p. 486. F., ubi in parenthesi *φαίη τις ἄν φρονῶν* male legitur scribendum est *φαίη τις ἄν εὖ φρονῶν* quomodo in negativo enunciato similiter locutus est Phalar. Ep. 98. p. 288. Lennep. *οὐδεὶς ἄν εὖ φρονῶν εἴποι.* Plut. de esu carn. Or. II. 6. p. 999. A., adv. Colot. 11. p. 1112. C., Arist. Or. II. 27. XXXIV. 658; XLVI. 215; 381; 391; 407. XLVII. 433; Thenist. Paraphras. Aristot. T. I. 384. 10. Speng. Cyrill. c. Iulian. II. 62. A., 94. D., IV. 118. A., V. 156. C.; 158. D. Galen. *περὶ ἀριστ. αἱρ.* 9. T. I. 158; Philo in Flaccum. §. 9. T. II. 526. *ἀλλὰ τί τοῦτο; φαίη τις ἄν.* Pariter in aoristo *φήσειέ τις ἄν* praeter Plutarch. in locis supra citatis Dem. Or. XXI. 222. *θάρρει νὴ Δία φήσειέ τις ἄν* quod eodem modo dictum est quo dixit Dionys. Halic. Ant. Rom. VIII. 30. *ἡ προαίρεσις νὴ Δία φαίη τις ἄν* et in responsione affirmativa *νὴ Δία φαίη τις ἄν.* Id. de comp. verb. 6. p. 82. Schaef. et Themist. l. c. T. I. 194. 21. *ναὶ φαίη τις ἄν.* Eandem fere constantiam retinet formula *φαίη τις ἄν* ubi vim habet in enunciati constructionem: Lucian. Paras. 29. *ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῆς ὑποστάσεως τῆς ῥητορικῆς ταῦτα φαίη τις ἄν.* Apol. 4. *περὶ πόδα τοίνυν καὶ σοὶ τὸν Σάλαιθον ἐκεῖνον εἶναι φαίη τις ἄν.* de calumn. 8. *οὐ κατὰ τὸ δίκαιον . . φαίη τις ἄν γίγνεσθαι τὰς διαβολάς.* Herod. IV. 97; Plat. de rep. IV. 436. A., 439. C., Legg. V. 743. A., VIII. 830. A.; Epist. 4. 320. B. (*ξυμφαίη τις ἄν*); semel tamen *φαίη ἄν τις* de rep. III. 416. C. ubi Platonis

usus fert ut scribatur φαίη τις ἄν: nam quod Alcib. II. 143. B. legitur: ἀλλ' ἴσως, ὦ βέλτιστε φαίη ἄν τις ἀνὴρ ὃς suspectum quidem est sed excusari fortasse potest quia asperum illud et insuave quod in pronunciando syllabam ἂν geminatam sentitur aliqua ex parte mitigatur. Succedunt Paus. VIII. 52. 3; Plut. Sol. 20; Rom. 21; Lucull. 33; de lib. educ. 14 p. 10. E., de sanit. praec. 16. p. 130. B., de Pyth. orac. 12. p. 400. D., de sera num. vind. 11. p. 555. E., Quaest. Conv. II. 5. 1. p. 638. F., IV. 6. 2. p 671. F., V. 3. 1. p. 676. A., Plat. Quaest. X. 1. p. 1009. E., Aristaen. Ep. 1. 3; Phalar. Ep. 20; Strab. I. 30; Dionys. Hal. de comp. verb. 18. p. 236; Aelian. N. A. II. 14. Dio Chrys. Or. XII. 60; XXV. 4; XXXI. 65; LXXVI. 4; Apollon. Tyan. Ep. 66; Aristid. Or. XLV. 4; 109; 151; XLVI. 375; 396; L. 548; Liban. Declam. T. I. 206; II. 2; 275; 303; 568; T. IV. 327. Theo Smyrn. Mathem. I. 18. Ball.; Cantacuz. Hist. III. 31. 135; Niceph. Greg. Hist. VIII. 8. 335; X. 6. 491; XXV. 37. 65; XXXI. 25. 364; Cyrill. c. Iulian. II. 77. C., 104. B., V. 169. D., VI. 211. A., VIII. 259. A., IX. 324. D. Formula φῆσαι τις ἄν utuntur Dem. Or. I. 16; Aristid. Or. XLII. 773; Liban. Declam. T. III. 85; Them. Paraphr. Aristot. T. I. 350. 22; sed φήσειεν ἄν τις Aristid. Or. XIII. 295; Liban. T. IV. 524. Posterius non intactum reliquerim. Etenim quae contraria exempla in promtu sunt pauca, dubitari non potest quin malam librariorum manum experta sint. Quocirca verba quae sunt Luciani de salt. 27. σολοικίαν ἐν φρονῶν εἰκότως φαίη ἄν τις τὸ πρᾶγμα ita corrigo ut transponendo scribam: φαίη τις ἄν. Pariter peccavit Procop. de bello Goth. IV. 22. 575: φαίη ἄν τις: repono: φαίη τις ἄν ut idem dixit de aedif. I. 2. 182. Eodem vitio laborant Niceph. Greg. II. 1. 24. ἀλλὰ φαίη ἄν τις εὐστόχως. Proclus. ad Plat. Parm. T. V. 163. 8. Cous. Anonym in Walz. Rhett. Graec. T. VII. 378. 18; 584. 14.[9]). Non lubricum neque magnae operae est ista corrigere, si correctione digna videntur. Atque in hanc formulae speciem tantum abest ut nimis grassari aut ex tota Graecitate furca expellere velim ut et ego aequo animo eam tolerem ac libenter agnoscam sed certe tamen sunt termini quos Graeci transiluisse non videntur. Ubi enim particulam aliquam post verbum φαίη incularunt variato ordine dictionem φαίη ἄν τις sive in continua oratione sive ab initio periodi positam sibi permiserunt usurpare: φαίη γ' ἄν τις: Plat. Crit. 48. A., Aristid. Or. XLIX. 518. et ab initio enunciati: φήσειέ γ' ἄν τις Dem. Or. XXX. 39.; φαίη δ' ἄν τις Liban. Declam. T. II. 581; Aristid. in Walzii Rhett. Graec. T. IX. 345; Cyrill. c. Iulian. II. p. 66. E.; φαίη γὰρ ἄν τις Themist. Paraphr. Aristot. T. I. 175. 5; 192. 1; 229. 8; 414. 19. Huc pertinet etiam illud φαίη γὰρ ἂν οἶμαί τις apud Cyrill. c. Iul. IV. 119. D. pro quo in perpetuitate verborum bis posuit idem Cyrill. l. c. IV. 198. A., IX. 320. D. φαίη ἂν οἶμαί τις ubi haud scio an φαίη τις ἂν οἶμαι anteferendum sit.

Venio ad alteram classem. Per genus quoddam traiectionis formulam τις ἄν φαίη ex illa ortam esse manifestum est, cuiusmodi exempla perquam sunt rara. Plut. Quaest. Conv. IV. 6. 2. p. 671. F. οὐκ ἄπο τρόπου τις ἄν φαίη. Aristid. Or. XIII. 280. οὐδ' ἅ τις ἄν φαίη. Similiter Aristid. Or. XIV. 322. πᾶς τις αν φαίη quo pacto locutus est Cantacuz. Hist. III. 24. 149. qui locus iam supra allatus est et in aoristo: οὑτωσί τις ἂν φήσειεν Dem. Or. IX. 44. Sed multo frequentius dictum est: ἄν τις φαίη quae formula fixam vocularum seriem obtinet tum per se ipsa mediae orationi intersita: Cantacuz. Hist. IV. 40. 297. τί οὖν ἄν τις φαίη κελεύῃς ubi Schopenius ex editione Veneta scribere debebat: κελεύεις, tum amplificata particula ὡς antecedente: ὡς ἄν τις φαίη Aristid. Or. XLV. 103; Niceph. Greg. Hist. X. 1. 472. sed semel Dem. Or. I. 25: ὡς δοκεῖ καὶ φήσειέ τις ἄν. Nec aliter: ὡς ἄν τις φῆσαι Aristid. Or. XIII. 270; LIII. 622. Apud Lucianum Hermot. 79. legitur καὶ ὀρθῶς τις φαίη τὴν σκιὰν ὑμᾶς θηρεύειν... hanc lectionem quam Iacobitzius in utraque editione Dindorfius in Parisina Geistius probarunt in Lipsiana repudiavit Dindorfius, qui cum bene vidisset recto talo eam stare non posse emen-

9) Aliis apud Rhetores locis solennis ille formulae φαίη τις ἄν ordo non facile negligitur, Ioan. Siceliot. ap. Walz. T. VI. 97. 30; 125. 24; 126. 25; 282. 25; 410. 16; Anonym. in T. VII. 196. 11; Tiber. in T. VIII. 547. 2.

davit quidem *ὀρθῶς τις ἄν φαίη* sed ordine minus accommodato. Vide annon quod iam pridem in schedis notaram veri sit similius sic locum a Luciano profectum esse: *ὀρθῶς ἄν τις φαίη*. Id quidem usitatior verborum positura requirit: Liban. Declam. T. IV. 640. 5. *ἴσως ἄν τις φαίη*. Aristid. Or. XIII. 156. *κυρίως ἄν τις φαίη*. Plat. Cratyl. 401. B. *τί οὖν ἄν τις φαίη* Legg. VIII. 820. C. *μελέτην ἄν τις φαίη γεγονέναι*. Aristid. Or. XIII. 243; XIV. 324; 332. Themist. Paraphr. Aristot. T. II. 170. Cantacuz. Hist. II. 36. 521; IV. 41. 305; 48. 352. Galen. T. V. 742. sed non fero Aristid. Or. XLV. 103: *πῶς οὖν ἄν φαίη τις·* scribe: *πῶς οὖν ἄν τις φαίη;* Atque etiam gemina formula *ἄν τις φήσειε (φῆσαι)* definitum suum ordinem plerumque servat: Isocrat. Or. VII. 2; Dem. Or. LX. 34; Plut. Pomp. 67; Aristid. Or. XLII. 778. Sed quemadmodum apud Dem. Or. XXIX. 24. *δι' ἀπορίαν ἄν τις φήσειε* quoniam syllaba *ἀν* bis iuxta posita male sonat scripserim *δι' ἀπορίαν τις ἄν-φήσειε* ita Or. XXI. 109. *πέρας ἄν φήσειέ τις εἶναι κακίας* non spero fore ut in immodicam reprehensionem incurram si transponendo correxero: *πέρας ἄν τις φήσειε*. Nec aliter dictum est in infinitivi post *ὥςτε* particulam constructione: Aristid. Or. XIII. 229. *ὥςτ' εἰκότως ἄν τινα φῆσαι*. Atque formula illa si aliis vocabulis interpositis dirimitur eam speciem induiit, ut *ἄν τις . . φαίη* potius dicatur: Antiph. Or. VI. 30. *μαρτύρων ἄν τις τοὺς λόγους τούτους ἐνδεεῖς φαίη εἶναι*. Plut. de fato 4. p. 569. E., Arist. Or. XIII. 225. quam *ἄν .. τις φαίη*: Plat. Min. 314. B. *εἰ γὰρ ἄν ἄλλο τις φαίη νόμον εἶναι;* Dio Chrys. Or. XXIX. 16. *τίνα ἂν τοῦδε τοῦ ἀνδρὸς εὐδαιμονέστερόν τις φήσειεν*. Sed inusitatum est quod Aristid. Or. XIII. 287. dicit: *πῶς γὰρ ἂν καὶ λογίζεσθαι φαίη τις* ubi rescribendum esse censeo aut *τις φαίη* aut *πῶς γὰρ ἄν τις καὶ λογίζεσθαι φαίη*.

Prometh. l. c. 4. *καὶ ὁ χαλινὸς ἦν λιθοκόλλητος Δαρείου τινὸς ἢ Καμβύσου ἢ Κύρου αὐτοῦ κειμήλιον*. Malim: *ἢ καὶ Κύρου*. Amat. Lucianus post disiunctivum *ἢ* semel vel bis positum *ἢ καὶ* ita inferre, ut haec enunciati particula cum maiore quadam vi ac gravitate efferatur: Pisc. 23. *ἀλλά τινα τῶν σφοδροτέρων προχειρισώμεθα Διογένην τοῦτον ἢ Ἀντισθένην ἢ Κράτητα ἢ καὶ σέ, ὦ Χρύσιππε;* de merc. cond. 42. *ἡδέως μὲν οὖν Ἀπελλοῦ τινος ἢ Παῤῥασίου ἢ Ἀετίωνος ἢ καὶ Εὐφράνορος ἂν ἐδεήθην ἐπὶ τὴν γραφήν*. Dial. Mort. XIV. 2. . . *τὸ Μαντινέων πελταστικὸν ἢ Θρᾷκας ἢ Ἰλλυρίους ἢ καὶ Παίονας χειρώσασθαι ταῦτα μέγαλα*. Quocirca Pisc. 33. *ἤν τις ὑποκριτὴς Ἀθηνᾶν ἢ Ποσειδῶνα ἢ τὸν Δία ὑποδεδυκὼς μὴ καλῶς ὑποκρίνηται* scribendum est aut: *ἢ καὶ τὸν Δία* pro quo Struvius Opusc. II. p. 62. voluit: *ἢ καὶ Δία·* aut: *ἢ αὐτὸν Δία*. Utrumque enim probum est sed posterius praestare videtur. Adiunge his: Somn. 12. *ἤν δέ τι σπουδῆς ἄξιον ἢ καὶ τοὺς φίλους ἢ καὶ τὴν πόλιν ὅλην καταλαμβάνῃ εἰς σὲ πάντες ἀποβλέψονται*, et formula affirmandi *νὴ Δία* interiecta: Somn. 2. *ἀποξέων ἂν τὸν κηρὸν ἢ βοῦς ἢ ἵππους ἢ καὶ νὴ Δί' ἀνθρώπους ἀνέπλαττον*. Nonnunquam iocosi ac faceti aliquid agnosces: Rhetor. Praec. 20. *ἀπὸ τῶν Ἰλιακῶν ἀρξάμενος ἢ καὶ νὴ Δί' ἀπὸ τῶν Δευκαλίωνος καὶ Πύῤῥας γάμων*. Id. ibid. 23. *καὶ ταῦτα γενειήτης ἢ καὶ νὴ Δία φαλακρὸς ἤδη ὤν*. Vit. Auct. 9. *τὴν πατρῴαν οἰκίαν ἀπολιπὼν ἢ τάφον οἰκήσεις ἢ πυργίον ἔρημον ἢ καὶ πίθον*. In Tim. 22. sic scribendum: *ὁ καινὸς δεσπότης ἤτοι συγγενής τις ἢ κόλαξ ἢ καὶ καταπύγων οἰκέτης ἐκ παιδικῶν τίμιος* ubi vulgo deest particula *καὶ* quae ante *καταπύγων* perire potuit facillime. Ubi *καὶ* omissum comparet pronomen *αὐτὸς* ad vim nominis augendam aut post *ἢ* particulam ponitur qualia sunt Apolog. 5. *οἱ (ὑποκριταὶ) ἐπὶ μὲν σκηνῆς Ἀγαμέμνων ἕκαστος αὐτῶν ἢ Κρέων ἢ αὐτὸς Ἡρακλῆς εἰσιν* et quod iam Fritzsch. Quaest. Lucian. p. 158. attulit Rhetor. Praec. 11. *πάναβρόν τινα Σαρδανάπαλλον ἢ Κινύραν ἢ αὐτὸν Ἀγάθωνα* [10]) *τὸν τῆς τραγῳδίας ἐπέραστον ἐκεῖνον ποιητήν*, aut utrumque ita coniungitur ut pronomen *αὐτὸς* postponatur: Nigrin. 11. *τοῖς ὑποκριταῖς ἐκεῖνος ὅμοιος οἳ πολλάκις ἢ Ἀγαμέμνονος ἢ Κρέοντος ἢ καὶ Ἡρακλέους αὐτοῦ*

10) Haec verba scholio quodam de Agathone poeta adiuncto leguntur in Crameri Anecd. Graec. Oxon. IV. p. 259. 19.

πρόςωπον ἀνειληφότες . . . μέγα κεχηνότες μικρὸν φθέγγονται. Pisc. 31. *καθάπερ ἂν εἴ τις ὑποκριτὴς τραγῳδίας μαλθακὸς αὐτὸς ὢν καὶ γυναικεῖος Ἀχιλλέα ἢ Θησέα ἢ καὶ τὸν Ἡρακλέα ὑποκρίνοιτο αὐτόν.* Sin autem singula nomina pari inter se vi ac potestate utuntur nude particula disiunctiva illa pluries repetitur et bis quidem Vot. 43. *ὑπὲρ τὸν Ὑάκινθον ἢ Ὕλαν ἢ Φάωνα τὸν Χῖον.* Gall. 26. *Κέκροπας δῆθεν ὄντας ἢ Σισύφους ἢ Τηλέφους.* Conf. Rhetor. Praec. 12. 17; Pseudol. 11. Sat. 24. aut ter: Quom. hist. conscr. sit. 51. *ὅλως δὲ νομιστέον τὸν ἱστορίαν συγγράφοντα Φειδίᾳ χρῆναι ἢ Πραξιτέλει ἐοικέναι ἢ Ἀλκαμένει ἢ τῳ ἄλλῳ ἐκείνων.* Alex. 4. *τῶν ἐπὶ κακίᾳ διαβοήτων ἀκρότατος ἀπετελέσθη ὑπὲρ τοὺς Κέρκωπας ὑπὲρ τὸν Εὐρύβατον ἢ Φρυνώνδαν*[11]*) ἢ Ἀριστόδημον ἢ Σώστρατον.* Notabile utriusque in una periodi consociationis exemplum praebet Lucian. Alex. 17. *τὸ μηχάνημα ἐδεῖτο Δημοκρίτου τινὸς ἢ καὶ αὐτοῦ Ἐπικούρου ἤ τινος ἄλλου ἀδαμαντίνην πρὸς τὰ τοιαῦτα τὴν γνώμην ἔχοντος* quomodo locum correxit Fritzschius.

Prometh. I. 6. *ὁ μὲν οἴκοι καθ' ἑαυτὸν ἢ καὶ νὴ Δία τὸ ἐν τοῖς περιπάτοις μετ' ὀλίγων τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο.* Hanc lectionem quam ego in Observv. Lucian. I. p. 9. coniectura assecutus eram, Fritzschio ita placuisse gaudeo ut in perpetuitatem verborum immitti iuberet. At demiror quid sit quod Dindorfius cum in editione Parisina Lehmannum secutus: *οἴκοι καθ' ἑαυτὸν καὶ νὴ Δία ἐν τοῖς περιπάτοις* quod etiam Fritzschius ad Lucian. Philops. 17. aliquando probaverat palam fecisset in editione Lipsiensi in depravatam lectionem ex parte relapsus emendatione Bekkeri ascita scribendum esse putaverit: *οἴκοι καθ' ἑαυτὸν ἰδίᾳ ἐν τοῖς π.* qua quod vix tolerari potest ter idem dictum esse bene animadvertit Fritzschius. Ceterum solent Graeci duas formulas idem significantes ex quodam abundantiae genere ita sine particula copulativa componere ut oratio amplior evadat atque explicatior. Ut hoc loco *οἴκοι καθ' ἑαυτὸν* ita *οἴκοι παρ' αὐτῷ* apud Lucian. Philops. 17. quemadmodum in novissima editione recte pro *οἴκοι παρ' αὐτῷ* legitur. Similia nec omnia tamen determinata eiusdemque generis dederunt Fritzschius l. c. p. 352. et Iacobitz. ad Lucian. Iov. Trag. 17. p. 120. Atque verborum in his formulis collocatio cum non certa sit invenitur nunc: *οἴκοι παρ' ἐμοὶ κάθηται* Lucian. Asin. 5. nunc: *ἠνάγκαζον παρὰ σφίσιν οἴκοι εἶναι* Plat. de rep. X. p. 600. E. nunc aliis vocabulis interpositis: *οἴκοι τῆς γυναικὸς οὔσης παρ' αὐτῷ.* Plut. in comparat. Lycurg. cum Num. 3. Frequentior est formula quae locale adverbium *οἴκαδε* cum praepositione motum denotante pari modo consociatum repraesentat. Etiam in hac connexione ordo non constat cum utrumque adverbium vel coniungatur: Lucian. Gall. 33. *ἀπίωμεν οἴκαδε παρ' ἡμᾶς* et vicissim Timocles Comicus apud Meinek l. c. III. p. 598. *γενόμενος ὠψώνει παρ' αὐτὸν οἴκαδε.*, vel seiungatur: Plat. Gorg. p. 447. B. *ὅταν βούλησθε παρ' ἐμὲ ἥκειν οἴκαδε.* Plut. Alcib. 4. *οἴκαδε κομίζειν παρ'*

11) De Phrynonda et Eurybato qui propter summam improbitatem in proverbium abierunt, quae exiliter ego in Observat. Lucian. p. 62., copiosius Fritzschius ad Arist. Thesm. v. 861. p. 333. editoresque Paroem Graec. T. I. 243.; T. II. 427. congesserunt, iis haec adiungantur. Aut coniuncti ambo commemorantur: Aristid. Or. XLVI. 264. *πολλοῖς ἂν καὶ πυκνοῖς ἐλαύνειν αὐτοὺς τοῖς ῥήμασι καὶ μετ' Εὐρβάτου καὶ Φρυνώνδου καταλέγειν.* Eust ad Hom. Od. κ. 552. p. 1669. 50. *προσιστορεῖται δὲ καὶ Φρυνώνδας πανοῦργος καὶ κακοήθης καθὰ καὶ οἱ ἐν τοῖς ἐφεξῆς δηλωθησόμενοι Εὐρύβατοι.* Etym. Magn. p. 726. (801) 34. *Φρυνώνδας . . . ἦν δὲ Ἀθηναῖος περιβόητος ἐπὶ πονηρίᾳ οὐδὲν ἧττον Εὐρυβάτου· ἐκ τούτου τοὺς πονηροὺς Φρυνώνδας καλοῦσι.* Conf. Harpocrat. p. 181. 28. ed. Lips. Meinek. l. c. II. 439, 479., aut singillatim et Phrynondas quidem apud Isocr. Or. XIX. 57. *ὅμοιον ἐργαζόμενος ὥςπερ ἄν εἴ τῳ Φρυνώνδας πανουργίαν ὀνειδίσειεν.* Sic Aristophanes apud Meinek. l. c. II. 958. *ὦ μιαρὲ καὶ Φρυνῶνδα καὶ πονηρὲ σύ.* Conf. II. 1140. Eust. ad Hom. Od. τ. 247. p. 1864. 30. *ἦν δὲ πολὺς τὴν πονηρίαν καί τις Φρυνώνδας καὶ Καλλικῶν δὲ* (cf Zenob. I. 3.) Eurybatus autem apud Alciphronem III. 20. 4. *κλεπτίστατος ἄνθρωπος ὑπὲρ ὃν ἀκούομεν Εὐρυβάτην τὸν Οἰχαλέα* ubi nunc vide Seiler. p. 329. sq. Eust. ad Hom. Od. τ. 247. p. 1864. 13. *λέγεται δέ τις καὶ Ἐφέσιος ἐν τοῖς ὕστερον Εὐρυβάτης* ut (apud Harpocrat. p. 97. 25. ed. Lips.) *πονηρὸς ἀνὴρ ὁ καὶ Εὐρύβατος ἐξ οὗ καὶ τὸ πονηρεύεσθαι εὐρυβατεύεσθαι παροιμιάζεται* (Diogeni. IV. 76. p. 243. Leutsch). Respicit Aristophanes apud Meinek. l. c II. p. 1015. *εἰ δὲ δή τις ὑμῶν εἶδεν Εὐρύβατον Δία* quod fragmentum Comici apud Eust. l. c. p. 1864. 32. paullo mutatum exstare Meinekium fugisse videtur: *ἤδη τις ὑμῶν οἶδεν Εὐρύβατον Δία;* Hac lectionis diversitate conciliata scripserim: *ἤδη τις ὑμῶν εἶδεν Εὐρύβατον Δία;*

αὐτόν. Sed multo stabiliorem ac constantiorem ordinem usus in formula illa sanxisse videtur in qua particula ὡς praepositionis vice fungitur et plerumque post locale adverbium οἴκαδε infertur. Lys. Or. I. 22. ἐλθόντες οἴκαδε ὡς ἐμέ. Liban. Epist. 585b. ἐλθεῖν οἴκαδε ὡς ἐμέ. Id. ibid. 1341. εἰςελθὼν οἴκαδε ὡς ἐμέ. Id. Declam. I. 67. 22 οἴκαδε ὡς αὐτὸν ἀγαγών. Id. ibid. 835. 31. ἀπῆλθον οἴκαδε ὡς αὐτήν. Dem. Or. XXI. 119. εἰςελθὼν οἴκαδε ὡς ἐκεῖνον. Heliod. I. 10. ἔρχομαι οἴκαδε ὡς ἐμαυτόν; discrepat Alciphr. III. 7. 2. ἤγαγεν ὡς ἑαυτὸν οἴκαδε et separatim Lucian. Asin. 42. οἴκαδε ἤλαυνεν ὡς ἑαυτὸν et ibid. 55. καί με οἴκαδε ἦγεν ὡς ἑαυτόν. Varia nec prorsus tamen absimili ratione locutus est Arist. Lys. v. 1070. ἀλλὰ χωρεῖν ἄντικρυς ὥςπερ οἴκαδ' εἰς ἑαυτῶν γεννικῶς. Vix opus est ut moneam non ita diversa esse quae leguntur apud Dion. Chrysost. Or. LIX. 10. καὶ ἅμα ἄγγελον ἀποπέμψεις πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ οἴκαδε τῶν σοι παρόντων κακῶν. Qui locus facile me movet ut quae apud Dionem. Or LXVI 25. feruntur: ἐὰν δὲ τοὐναντίον φυλάττῃ τὸ τοιοῦτον καὶ μᾶλλον ᾖς κατ' οἰκίαν καὶ πρὸς τοῖς ἑαυτοῦ δειλὸς καὶ ἰδιώτης καὶ τὸ μηδὲν haud dubitem quin antiquitus ita scripta fuerint: κατ' οἰκίαν πρὸς τοῖς ἑαυτοῦ, particula καὶ ut vides eliminata. De formula αὐτοὶ παρ' αὐτοῖς quam veteres scriptores pariter usurparunt pauca monet Frohberger. ad Lys. p. 44.

Nigrin. c. 10. ὡς εὖγε νὴ τὸν Ἑρμῆν καὶ κατὰ τὸν τῶν ῥητόρων νόμον πεπροοιμίασταί σοι. Hic locus cum leviter vitiatus mihi videretur iam in Observv. Lucian. I. p. 11. conieci pro ὡς εὖγε reponendum esse ὑπέρευγε. Nec poenitet me eius emendationis quam nunc simili loquendi modo adminiculari possum. Dixit enim Aristid. Or. XXXIV. 659. Dind. ὑπέρευγε νὴ Δία οὗτοί γε καὶ δικαιότατ' ἀνθρώπων, εἴποι τις ἄν . . . Id. Or. XLVI. 228. ὑπερεῦ γε (scr. ὑπέρευγε) ὦ Πλάτων καίτοι καὶ ὁ κυβερνήτης ἴσως βελτίους τοὺς ναύτας τά γε ναυτικὰ ποιεῖ. Nicet. Choniat. Histor. p. 149. 21. ὑπέρευγε λογοθέτα . . ὀθόνας εὐανθεῖς καὶ χρυσίου μνᾶς ἱκανὰς ξυνέθετό οἱ καταβαλέσθαι . . . Breviore forma ὑπέρευ usus est Plut. de profect. in virt. 17. p. 86. A. ὑπέρευ τὸν Πολύκλειτον οἰόμενοι λέγειν. Id. Consol. ad uxorem 9. p. 611. B. τὰ πολλὰ καὶ μεγάλα τῶν πεπονημένων ὑπέρευ προορῶντες. Haec emendandi ratio si approbationem virorum doctorum non invenerit id certe efficiet ut lexica his vocibus per occasionem adaugeantur.

Nigrin. c. 15. πορφύρᾳ καὶ δυναστείᾳ μετρεῖ τὸ εὔδαιμον. Hanc dictionem post alios monueram in Observ. Lucian. II. p. 28. formatam esse ad Dem. Or. XVIII. 296. τῇ γαστρὶ μετροῦντες καὶ τοῖς αἰσχίστοις τὴν εὐδαιμονίαν. Demosthenis locum habent incertus auctor in eo libro qui inscribitur περὶ ὕψους 32. (T. I. 280. 10 Spengel) et Theon. Progymn. (Walz. Rhett. Gr. I. 224.) Ex imitatione Demosthenis etiam alii profecerunt. Reperi enim apud Plut. de fortuna I. p. 97 D. τῇ γαστρὶ μετροῦντες καὶ τοῖς αἰσχίστοις τὴν εὐδαιμονίαν. Theodoret. Therapeut. Disp. XI. 1000. οἱ μὲν αὐτῶν τῇ γαστρὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἐμέτρησαν. Adde Dionys. Halic. Antiqq Rom. II. 17. 272. Reisk. τὴν εὐδαιμονίαν οὐ ταῖς αἰσχίσταις μετροῦσιν ἡδοναῖς ἀλλὰ τῷ καλῷ. Id. ibid. V. 48. 958. εἴ τις μὴ ταῖς ἐποινειδίστοις ἡδοναῖς μετρεῖ τὴν εὐδαιμονίαν ἀλλὰ τῷ καλῷ. Nicet. Choniat. Hist. p. 208 4. Bekk. τοῖς πήχεσι μετρῶν τὸ εὔδαιμον. Similiter Cic. de Orat. III. 17. 63 . . . ii qui nunc voluptate omnia metiuntur. Alii aliter imitando expresserunt Aristid. Or. XIII. 180. Dind. τῇ τύχῃ μετροῦσα τὴν φιλανθρωπίαν. Themist. Or. II. p. 36. B. πήχει καὶ μέτρῳ γνωματεύοντες τὴν ἀρετὴν et qui similis est locus apud Lucian. Quom. hist. conscr. sit 5. αὐτοὶ μὲν καὶ τότε τῷ αὐτῷ πήχει ὥςπερ καὶ νῦν μετρούντων τὸ πρᾶγμα. Gregor. Naz. Ep 209. p. 903. B. ἢ τῇ περσικῇ σχοίνῳ μετρεῖσθαι δεῖ τὴν σοφίαν ἢ παιδικοῖς πήχεσι. Compara Krabinger. ad Synes. de regno p. 330. sqq.

Nigrin. c. 16. τῶν δὲ ἔρημος ὁ χῶρος γενόμενος δίψης ἀεὶ πιμπλάμενος ἀνθεῖ πολλαῖς τε καὶ ἀγρίαις ἐπιθυμίαις. Sic Iacobitzius Geistius Dindorfius in utraque editione verba vulgari iusserunt. Sed nomen δίψης cuius significatio ad sententiae rationem neutiquam convenire

videretur quamvis offensionem quandam apud viros doctos vitare non posset, non erat tamen quod ad coniecturas confugerent quas tentarunt Geistius cum in praef. p. XI. *διψάκου* aut *διψάδος* pro *δίψης* scribendum suspicaretur atque Dindorfius cum in praef. p. XVI. *δείσης* corrigere vellet. Immo vero est nomen illud plane removendum et altera scriptura *ἰλύος* adoptanda, quantumvis tenui sit membranarum auctoritate. Ac Geistius quidem imaginem pulcherrimam illam quam Lucianus hoc loco adumbravit non intellexit, cum non tam de carduis ac vepribus, quibus solum impletum est, sermo sit, quam de limo qui postquam perenne ac turbidum voluptatis flumen adulterio avaritia periurio comitantibus proruit animumque circumfluxit et tenuit, relictus radicibus verecundiae virtutis iustitiae erutis, partum animi solum ubertate sua ita saturat, ut ferae cupiditates laetius pullulent. Eadem fere ratione intellectum loci cepit iam Sommerbrodtius. Ad eam autem imaginem vere ac perfecte exprimendam multum nominis *ἰλὺς* significatio confert, qua nihil aptius cogitari potest. Nam *ἰλὺς* nomen quemadmodum de cuiusvis generis sedimentis ita de crassamento fluviorum et paludum in usu fuisse docet Lobeck. ad Phryn. p. 72. sqq. Praeivit iam Hom. Il. XXI. 318. *τὰ τεύχεα καλὰ τά που μάλα νειόθι λίμνης κείσεθ᾽ ὑπ᾽ ἰλύος κεκαλυμμένα,* ex quo loco vocem Luciani animo obversatam esse satis probabile videtur [12]). Quam ob rem in sententiam pedibus eo Sommerbrodtii qui lectionem *ἰλύος* pro *δίψης* in contextum introduxit. Dindorfii autem coniectura *δείσης* si spectas vir doctissimus hic invita Minerva operatus esse videtur cum id nomen apud nullum veterem scriptorem inveniatur sed sola grammaticorum auctoritate nitatur. In transcursu memoro eundem Sommerbrodtium in verbis quae paullo ante leguntur: *συνεισέρχεται γὰρ μοιχεία καὶ φιλαργυρία καὶ ἐπιορκία καὶ τὸ τοιοῦτο φῦλον τῶν ἡδονῶν* dedisse *τῇ ἡδονῇ* pro *τῶν ἡδονῶν* quod Schmiedero praeeunte ut interpretamentum eliminavit Geistius.

Nigrin. c. 31. *τὸ δὲ ἐν καιρῷ καὶ κατὰ φύσιν ὡς εὐτελὲς ὑπερηφανοῦντας· τούτους εἶναι τοὺς καὶ τὰ μύρα πίνοντας ὃ καὶ μάλιστα διέσυρεν αὐτῶν ὅτι μηδὲ χρῆσθαι ἴσασι ταῖς ἐπιθυμίαις.* Sic hodie legitur hic locus in editionibus Dindorfiana et Iacobitziana. Perperam. Namque cum verba *τούτους εἶναι τοὺς καὶ τὰ μύρα πίνοντας* ad superius enunciati membrum aperte pertineant, absurda interpungendi ratio totam sententiam quodammodo pessumdat. Maius distinctionis signum sine dubio etiam post participium *πίνοντας* collocandum est, ut Geistius fecit, et levissima ac nulla paene mutatione loci integritatem restitueris, si particula *καὶ* transposita scripseris: *πίνοντας· καὶ ὃ μάλιστα διέσυρεν αὐτῶν ὅτι κ. τ. λ.* quod eodem prorsus modo dictum est, quomodo c. 24. *καὶ ὃ μάλιστα ἀγανακτῶ ὅτι . .* Dial. Marin. 11. 4. *καὶ ὃ μάλιστα ἠνίασέ με ὅτι . .* et omisso *ὅτι* Dial. Deor. 11. 4. *καὶ ὃ σε λυπεῖ μάλιστα, καὶ φιλεῖ ἥδιον τοῦ νέκταρος.* Atque ita quidem in sua editione locum recte construxit Sommerbrodtius qui in ea tamen re errat, quod certissimae illius emendationis vestigia ab ipso inventa esse profitetur. Immo iam pridem ante eum verum quid esset, primus vidit Fritzschius in Quaest. Lucian p. 44. Ceterum quoniam fors tulit ut in eius dictionis mentionem inciderem tali enunciatorum conformatione quemadmodum Lucianus usus sit, non alienum erit paullo accuratius perscrutari. Et primum quidem ab iis locis ordiendum videtur in quibus forma enunciationis sive relativae est naturae sive demonstrativae omnibus suis numeris et partibus expleta invenitur ita ut quod explicationis caussa subsequitur enunciatum aut particulis *ὅτι* vel *γὰρ* introducatur vel infinitivo efferatur aut sine ulla particula subiiciatur. Harum igitur locutionum classes existimo statui posse tres quarum prima eos locos comprehendet in quibus pronomen demonstrativum transitum ad enunciationem quam dicunt explicativam efficit. Prometh. 11. 17. *ὃ δὲ μάλιστά με ἀποπνίγει τοῦτ᾽ ἐστὶν* (fort. *τοῦτό ἐστιν*) *ὅτι μεμφόμενος τὴν ἀνθρωποποιίαν καὶ μάλιστά γε τὰς γυναῖκας ὅμως ἐρᾶτε αὐτῶν.* Tox. 5. *ὃ δὲ δὴ* (dele *δὴ*) *μάλιστα . . ἐπαινοῦμεν τοῦτό ἐστιν,*

12) Alterum vocis *ἰλὺς* exemplum quod Lexicographi praetermiserunt affero ex Athen. III. p. 92. a. *τὰ δὲ πρὸς ῥόθῳ καὶ πέτραις ἰλύος καὶ ὕδατος ἀμιγῆ μικρὰ κ. τ. λ.*

ὅτι . . ἔδοξαν. Piscat. 32. ὃ δὲ μάλιστά μοι δεινόν, ὦ φιλοσοφία, κατεφαίνετο τοῦτο ἦν· οἱ γὰρ ἄνθρωποι . . . οὐκ ἔστιν ὅςτις οὐ φιλοσοφίαν αὐτὴν ᾐτιᾶτο. Hermot. 73. ὃ δὲ δὴ (dele δὴ) μάλιστά σε πρὸς τὸν ἔρωτα ἐπηγάγετο καὶ τοὺς ἄλλους δὲ . . . τοῦτο ἦν . . . τὸ τὸν λέγοντα ἐκεῖνον περὶ τῆς γυναικὸς ... ἀκόλουθα ἐπάγειν. Altera classis eos locos complectitur in quibus pronomine demonstrativo et verbo substantivo omisso enunciatum, quod a particula ὅτι incipit continuo annexum invenitur. Icarom. 5. ὃ δὲ πάντων ἐμοὶ γοῦν ἐδόκει χαλεπώτατον ὅτι μηδὲν ἄτερος θατέρῳ λέγοντες ἀκόλουθον κ. τ. λ. Dial. Mort. V. 1. ὃ δὲ πάντων ἐστὶ μιαρώτατον ὅτι καὶ τὰ τοιαῦτα εὐχόμενοι ὅμως θεραπεύουσιν ubi ἐστὶ quod in his formulis ubique deest, eiiciendum esse arbitror. Rhet. Praec. 9. ὃ δὲ πάντων ἀνιαρότατον ὅτι σοὶ καὶ τὸν χρόνον πάμπολυν ὑπογράψει τῆς ὁδοιπορίας. Tertia denique id genus clasis exigua admodum unum tantum exemplum continebit in quo etiam particula ὅτι suppressa est: Vit. Auct. 25. ὃ δὲ μέγιστον ἦν ἐθέλω τάχιστά σε ἀποδείξω λίθον. Sequitur ut afferam locos, quos demonstrativae naturae esse dixi, qui quanquam multo frequentiores sunt, nusquam tamen is transitus quem interdum in relativo illo dictionis genere locum tenere supra ostendi apud Lucianum reperitur: Necyom. 4. καὶ τὸ πάντων ἀτοπώτατον ὅτι περὶ τῶν ἐναντιωτάτων ἕκαστος αὐτῶν λέγων κ. τ. λ. Pisc. 26. καὶ τὸ πάντων δεινότατον ὅτι ταῦτα ποιῶν καὶ ὑπὸ τὸ σὸν ὄνομα, ὦ φιλοσοφία, ὑποδύεται, et particula ὅτι omissa: Dial Mort. XIV. 4. καὶ τὸ πάντων γελοιότατον ἐμιμοῦ τὰ τῶν νενικημένων. Bis Acc. 2. καὶ τὸ πάντων ἐπιπονώτατον, ὑφ' ἕνα καιρὸν ἔν τε Ὀλυμπίᾳ τῇ ἑκατόμβῃ παρεῖναι (sc. με δεῖ) κ. τ. λ. De Calum. 23. καὶ τὸ πάντων οἴκτιστον ὁ μὲν οὐκ εἰδὼς τὰ γεγενημένα προσέρχεται sed in Concil. Deor. 5. scribendum censeo: καὶ τὸ πάντων γελοιότατον, ὦ θεοί, καὶ τὸν κύνα τῆς Ἠριγόνης . . ἀνήγαγεν pro eo quod vulgo editur: καὶ ὃ πάντων γ. non quin existimem ita pariter recte dici posse sed quia ea dictionis forma ab usu Luciani abhorret atque in libello qui est de Dipsadibus 4. καὶ τὸ παραδοξότατον, ὅσῳπερ ἂν πίνωσι, τοσούτῳ μᾶλλον ὀρέγονται τοῦ ποτοῦ haud scio an ad dictionem Lucianeam accommodatius sit: καὶ τὸ πάντων παραδοξότατον. In Vot. 44. καὶ τὸ πάντων ἥδιστον αὐθημερὸν ἀγγεῖλαι ἐς Βαβυλῶνα τίς ἐνίκησεν Ὀλύμπια a vero leviter aut omnino non abero si scripsero: τὸ αὐθημερὸν ἀγγεῖλαι ut est apud Plat. Menex. p. 244. D. καὶ τό γε θειότατον πάντων τὸ καὶ βασιλέα εἰς τοῦτο ἀπορίας ἀφικέσθαι. Etenim in Saturn. 24. ὃ δὲ δὴ (dele δὴ) μάλιστ' ἂν αὐτοὺς ἀνιάσειε, τὸ μὲν χρυσίον μύρμηκάς τινας . . . ἐκ τῶν θησαυρῶν ἐμφέρειν νύκτωρ ἐς τὸ δημόσιον cur articulus vitatus sit sua sponte in oculos incurrit. Pari ratione Dial. Deor. XXIV. 1. τὸ δὲ πάντων δεινότατον ὅτι μηδὲ νυκτὸς καθεύδω. Icarom 30. τὸ δὲ πάντων δεινότατον ὅτι μηδὲν αὐτοὶ . . ἐπιτελοῦντες κ. τ. λ. Piscat. 35. τὸ δὲ πάντων αἴσχιστον ὅτι μηδενὸς δεῖσθαι λέγων ἕκαστος κ. τ. λ. et sine particula ὅτι: Iov. Trag. 11. τὸ δὲ ἀτοπώτατον ἁπάντων, ἐπιλέλησμαι τὸ προοίμιον τῶν λόγων. Nec aliter Dial. Mort. XXIV. 1. τὸ δὲ μέγιστον ὅτι . . ἔχω. Bis Acc. 16. τὸ δὲ μέγιστον ὅτι καὶ λοιδορεῖται τῇ Μέθῃ, et suppressa ὅτι particula: Gall. 25. τὸ δὲ μέγιστον ὑφορᾶσθαι δεῖ μάλιστα τοὺς φιλτάτους. Vot. 16. τὸ δὲ μέγιστον, ἐπίδειξις ἔσται τὸ πρᾶγμα. Id. ibid. 43. τὸ δὲ μέγιστον ἄλλος τις ἔστω ὁ ἥδιστος. Saturn. 20. τὸ δὲ μέγιστον αὐτοὺς ἐκείνους φασὶ τοὺς ἀνθρώπους χρυσοῦς εἶναι. Eiusdem generis sed diversa a Luciani dictione ratio quam modo tetigi comparet in loco qui legitur apud Pseudo-Lucian. Charidem. 8. τὸ δὲ δὴ μέγιστον καὶ οἷον ἄν τις θαυμάσαι, ὁμιλῶν γὰρ τοῖς θεοῖς . . πεποίηται σοβαρὸς τῷ κοινῷ τῶν Ἑλλήνων ποιητῇ. In hac loquendi ratione mirum quantum luxuriatur Isocrates. Conf. Otto Schneider. ad Or. VII. 69. p. 107. sed illud dicendi genus quo formulae τεκμήριον δὲ et σημεῖον δὲ similiter apud oratores usurpantur — vide Weber. ad Demosth. Or. Aristocr. p. 524. — Lucianus ipse omnino ignorat sed est in subditicio dialogo qui inscribitur Charidemus c. 6. τεκμήριον δέ· τῶν γοῦν θεῶν ἐξ ἡρώων γενομένων Ἡρακλῆς τέ ἐστιν κ. τ. λ. ubi post τεκμήριον δὲ particula γοῦν infertur, id quod alibi non dictum est.

Nigrin. c. 35. ἐγὼ δὲ τέως μὲν ἤκουον αὐτοῦ τεθηπὼς μὴ σιωπήσῃ καὶ φοβούμενος. Vix credideris fieri potuisse ut Dindorfius etiam in altera editione hunc perversum omnibusque recte cogitandi legibus repugnantem verborum ordinem in fidem reciperet. Veri quae in perturbatis verbis latebant vestigia ego primus indagaveram in Observv. Lucian. I. p. 11. et conieceram legendum esse vel τεθηπὼς καὶ μὴ σιωπήσῃ πεφοβημένος vel τεθηπὼς καὶ πεφοβημένος μὴ σιωπήσῃ. Harum emendationum alteram assensu suo comprobavit et in contextum immisit Iulius Sommerbrodtius. — Similiter Dindorfio crimini verto quod etiam in altera editione pro falsa scriptura c. 38. ποῖον αὖ λέγεις; propugnavit. Coniecturam meam quam successu haud improspero feceram in Observv. Lucian. I. p. 12. ποῖον τοῦτο λέγεις; ex editione Sommerbrodtii qui vulgatae lectioni eam praetulit nullo negotio cognoscere potuit.

Iudic. Voc. c. 4. ἀλλὰ τί λέγω ταῦτα; Ad stabiliendam coniecturam meam qua cum firmam esse in hac similibusque formulis ac perpetuam paene sedem pronominis demonstrativi contendissem ordine invesso reponendum esse monui: ἀλλὰ τί ταῦτα λέγω; pauca duntaxat exempla afferre poteram in Observv. Luc. I. p. 12. et II. p. 28. Quod illis temporibus proposui praeceptum hodie quoque defendo aliisque quae ex diversorum scriptorum usu congessi testimoniis evidentius probare pergo. Et primum quidem agmen ducant loci Lucianei: Hermot. 21. τῆς μητρὸς ἐρομένης τί ταῦτα ληρεῖς; Epist. Saturn. 25. τί ταῦτα ληρεῖς; Ocyp. v. 22. τί ταῦτα φλυαρῶ; Peregr. 24. καίτοι τί τοῦτο ἠρόμην; ubi Fritzschius καὶ τί τοῦτο ἠρόμην; dedit: fortasse iniuria. Dio Cass. LXII. 3. καίτοι τί τοῦτο εἶπον; Dio Chrysost. Or. XXXVIII. 7. καίτοι τί τοῦτο εἶπον; Sequuntur alii testes: Dionys. Halic. Antiqq. Rom. IX. 47. ἀλλὰ τί ταῦτά σοι διαλέγομαι; Aristid. Or. XXXVII. 702. ἀλλὰ τί ταῦτα ἀκριβολογοῦμαι; Tum Aristid. Or. XLVI. 195. καὶ τί ταῦτα ἀγωνίζομαι σφόδρα; Dio Cass. XLI. 28. πρὸς οὖν τί ταῦτα λέγω; ubi voculas πρὸς οὖν si quis prorsus expelli iusserit me quidem non adversarium habebit. Aristid. Or. XXIX. 564. τί ταῦτα ληροῦμεν. Galen. περὶ χρείας τῶν μορίων VIII. 3. T. III. 623. Kuehn. τί τοῦτο λέγεις; Philostrati tamen locum qui est in Vit. Apoll. IV. 21. non praeteribo ubi leviter haec consuetudo transcenditur: καὶ τί λέγω ταῦτα; At noli dubitare quin usitatior verborum ordo restituendus sit: καὶ τί ταῦτα λέγω;

Timon. c. 10. ὑπερέσχε γὰρ αὐτοῖς τὴν χεῖρα Περικλῆς. Conf. Observv. Luc. II. p. 29. Locutionem Homero potissimum frequentatam χεῖρα ὑπερέχειν pro quo alii dixerunt χεῖρας ὕπερθεν ἔχειν Anth. Pal. VI. 155. non raro prosae scriptores inferioris aetatis usurparunt: Aristid. Or. XIII. 285. ὥςτε δεῖν ἢ θεῶν τινα χεῖρα ὑπερέχειν ἢ κ. τ. λ. Or. XIV. 363; XLVI. 254; Cantacuz. Hist. III. 2. 17. χεῖρα σώζουσαν ὑπέρχειν Themist. Or. III. p. 48. D. et Cantacuz. l. c. IV. 20. 146. ὑπερέσχες χεῖρα. Philo de legat. ad Caium §. 31. T. II. 578. τὴν χεῖρα τῶν ἀδικουμένων ἀφανῶς ὑπερέχοντος. Theodul. in Boiss. Anecd. Gr. II. 260. εἰ μὴ γὰρ χεῖρα νῦν αὐτὸς ὑπερέσχεν. Conf. Iacobs. Animadv. ad Anthol. I. 2. 188; III. 1. 354.

Timon. c. 14. εἰς τὸ σημεῖον καὶ τὸν μοχλὸν ἀσκαρδαμυκτὶ βλέποντας. Verba respicit Grammaticus in Boiss. Anecd. Gr. I. 406. Quae de dictione illa protuli in Observv. Luc. I. p. 2. iis adde Galen. περὶ χρείας τῶν μορίων X. 3. T. II. 777. Kuehn. εἴ τις ἐθέλοι τὸν ἥλιον ἀσκαρδαμυκτὶ θεάσασθαι. Liban. in Boiss. Anecd. Gr. I. 168. ὡς μηδ᾽ ἀτενίζειν ἐξεῖναι ἀσκαρδαμυκτί. Ceterum quanquam de aliis id genus quae in ει et ι exeunt adverbiis inter viros doctos lis adhuc est, tanta tamen est conspiratio atque concordia omnium apud Dindorf. ad Arist. Eqq. 292. grammaticorum quibus adiungas velim Bachm. Anecd. Gr. I. 152. 13. omniumque apud Lucianum codicum locorumque a me allatorum qui unam formam ἀσκαρδαμυκτὶ probant ut ἀσκαρδαμυκτεὶ non videatur dictum esse. Quocirca nullam caussam esse existimo cur in solo Xenophontis loco, qui est in Cyrop. I. 4. 28. ὁρᾶν ἐξέσται κἂν βούληται ἀσκαρδαμυκτεὶ forma fucata diutius servetur. Quod ex potioribus libris Bornemannus edidit, id scioli umbram redolere videtur.

Timon. c. 16. *ἀφιεὶς καὶ βαδίζειν ἔνθα ἂν ἐθέλοι νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν.* Sic promulgatum video a Iacobitzio Dindorfio Sommerbrodtio. At scripsit Lucianus nisi fallor: *ἔνθα ἂν ἐθέλῃ.* Nec aegre feram si quis cum codex Gorl. particulam *ἂν* omittat, *ἔνθα ἐθέλοι* vel *ἐθέλει* scribat sed illud praestat quod cum Luciani usu magis concordat Imagg. 1. *ἀπάξει γάρ σε ἀναδησαμένη ἔνθα ἂν ἐθέλῃ.* Dial. Mort. XIX. 1. *καί τις ἡμᾶς δαίμων ἄγει ἔνθα ἂν ἐθέλῃ.* Iov. Trag. 12. *νῦν μὲν ἀναμὶξ καθιζόντων ἔνθα ἂν* [13]) *ἕκαστος ἐθέλῃ.* Dial. Mort. XVIII. 2. *σὺ μὲν ἐπιλεξάμενος τόπον ἔνθα ἂν ἐθέλῃς κεῖσο καταβαλὼν σεαυτόν.*

Timon. c. 43. *πλουτείτω δὲ Τίμων μόνος καὶ ὑπερoράτω ἁπάντων καὶ τρυφάτω μόνος καθ' ἑαυτόν.* Scripserim aut *μόνος αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν* quod maiore quadam vi ac gradatione dictum est ut est apud Plat. de rep. X. p. 604. A. *ὅταν ἐν ἐρημίᾳ μόνος αὐτὸς καθ' αὑτὸν γίγνηται;* Lys. Or. XXVI. 11. *ταύτην δὲ τὴν ἀρχὴν ἀξιοῖ μόνος αὐτὸς καθ' αὑτὸν ἄρχειν* et de rebus apud Themist. Paraphr. Aristot. T. I. 247. Spengel. *αὐτὰ μόνα καθ' αὑτὰ τὰ διαστήματα ἐξετάζομεν;* aut *μόνος καὶ καθ' ἑαυτὸν* quomodo locutus est Isocr. Or. XII. 102. *ὃ μόνοι καὶ καθ' αὑτοὺς ἔπραξαν τίς οὐκ οἶδεν ὅτι. κ. τ. λ.* et Lucianus ipse Icarom. 30. *μόνοι δὲ καὶ καθ' ἑαυτοὺς γενόμενοι τί ἂν λέγοι τις ὅσα μὲν ἐσθίουσιν κ. τ. λ.* quam lectionem sine idonea caussa in controversiam adduxit Boisson. Anecd. Nov. p. 112. cui particula *καὶ* expulsa placebat: *μόνοι καθ' ἑαυτοὺς* eodem fere intellectu quo dixerunt Antiph. Or. V. 21. *ἀλλ' αὐτὸς καθ' αὑτὸν τὸν πλοῦν πεποιημένος ἕνεκα πραγμάτων ἰδίων;* Themist. Paraphr. Aristot. II. 184. *αὐτὸς καθ' ἑαυτόν;* Zosim. Hist. IV. 18. *αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν λογισάμενος.* Xen. Mem. III. 5. 4. *Βοιωτοὶ μὲν . . . νῦν ἀπειλοῦσιν αὐτοὶ καθ' ἑαυτοὺς ἐμβαλεῖν εἰς τὴν Ἀττικήν.* Id. ibid. III. 5. 11 *αὐτοὶ καθ' ἑαυτοὺς ἀγωνιζόμενοι πρὸς τοὺς κυριεύοντας τῆς Ἀσίας πάσης.* Themist. Or. XXI. p. 247. D. *αὐτοὶ καθ' ἑαυτοὺς διαγινώσκουσιν.* Dionys. Halic. Antiqq. Rom. XI. 55. *συναχθέντες εἰς ἰδιωτικὸν σύλλογον ὑπὸ τῶν ὑπάτων αὐτοὶ καθ' ἑαυτούς.* Demosth. Or. II. 14. *αὐτὴ δὲ καθ' αὑτὴν ἀσθενὴς καὶ πολλῶν κακῶν ἐστι μεστὴ* quae verba ex parte recurrunt: Or. XI. 8; Dionys. l. c. VII. 64. *αὐτὴ καθ' αὑτὴν ἡ πρᾶξις ἐξεταζομένη;* Themist. Paraphr. Aristot. II. 148. *αὐτὴ καθ' αὑτήν:* Dionys. l. c. VII. 55. *ἕκαστον τῶν πολιτευμάτων αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ γενόμενον.* Id. VII. 65. *τὸ μὲν ἔθος αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ ἐξεταζόμενον χρήσιμον εἶναι.* Cum hoc dicendi genere significationis societate quadam coniunctae sunt duae formulae *αὐτὸς ἐφ' ἑαυτοῦ* et *αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ* de quibus viri docti quamquam saepe litigaverunt, rem tamen nondum ad liquidum perduxisse videntur. Discrimen quod inter utramque formulam intercedere putatur, Fridericus Augustus Wolfius ad Dem. Or. Lept. §. 100. p. 122. Voemel. ita statuit, ut *ἀφ' ἑαυτοῦ* sit sua sponte; *ἐφ' ἑαυτοῦ* dicatur in iis rebus quas quis facit per se solum sua solius auctoritate sine alius consilio vel auxilio ex parte tantummodo verum esse videtur. Animadverti enim viros doctos saepe inter se discordare et in diiudicandis singulis locis aut pro suo quemque arbitrio ingeniique facultate eos refingere aut auctoritatem potiorum testium sequi velle. Discrimen autem illud in formulas *αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ* et *αὐτὸς ἐφ' ἑαυτοῦ* translatum efficere probabile est, ut eadem prope vacillatio progignatur, utra utri anteferenda sit. Cum enim apud Lucian. Abdic. 10. in omnibus hodie editionibus legatur *ὅταν δὲ μὴ κατ' ἀνάγκην ἀλλ' ἐπ' ἐξουσίας αὐτός τις ἀφ' ἑαυτοῦ καὶ δοκιμάσας*

13) Vulgatam scripturam retinendam duco. Iacobitzius in editione singulari *ἔνθ' ἂν . . ἐθέλῃ* in maiore: *ἔνθ' ἂν . . ἐθέλοι* promulagavit quod scilicet plus auctoritatis habere videretur a codicibus, in quibus est cod. Gorl.; Dindorfius in utraque: *ἔνθ' ἂν . . ἐθέλῃ* praetulit. Non probo. Respuit enim vocula *ἔνθα* elisionem ante vocalem quomodo in iis quos attuli locis ita in aliis. Dial. Deor. VI. 3. *ἔνθα ἂν ἡγῆταί σοι;* XX. 8. *ἔνθα ἂν ἀπερείσῃ.* Hermot. 28. *ἔνθα ἂν . . φέρωσι.* Harmonid. 1. *ἀλλ' ἔνθα ἂν . . φανῇς* (male apud Dindorf. *ἀλλ' ἔνθα ἂν . . φανῇς*) Bis Acc. 1. *ἔνθα ἂν . . κελεύσῃ.* Ibid. 6. *ἔνθα ἂν ἀπίδῃ ὁ ὀφθαλμός.* Ibid. 21. *ἔνθα ἂν . . ἐλπίσωσι.* Mirum igitur cur Dindorfius in duobus locis sola ipsius auctoritate aliquid corrigere quam perpetuum fere in hac re Luciani usum amplecti maluerit: nihil enim e codd. variae lectionis enotatur. Correxit autem in altera editione Anach. 17. *ἀλλ'* (scr. *ἀλλ'*) *ἔνθ' ἄν σοι . . δοκῇ* et ibid. 19. *ἔνθ' ἄν σοι δοκῇ.* Rectius egerunt Iacobitzius in utraque et Dindorfius in Didotiana editione cum *ἔνθα ἂν* his quoque locis edi iuberent.

ἀναλάβῃ. κ. τ. λ. ubi αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ ex coniectura Schaeferi proposita illa in Melet. p. 22. restitutum est pro ὑφ' ἑαυτοῦ quod libri repraesentant, ausim tamen dubitare num vera sit emendatio etiamsi concedam praepositiones ἀπὸ et ὑπὸ facillime potuisse confundi. Immo legendum esse αὐτὸς ἐφ' ἑαυτοῦ demonstrant loci qui sunt prorsus consimiles. Aelian. V. H. l. 34. οἱ δὲ ἐξεπλάγησαν καὶ αὐτοὶ μὲν ἐφ' ἑαυτῶν οὐκ ἔκρινον τὴν καταδικάζουσαν ἀγαγεῖν ψῆφον. Plut. de audiendo. 7. p. 41. B. τοὺς ἐν φιλοσοφίᾳ λόγους .. χρὴ .. αὐτοὺς ἐφ' ἑαυτῶν ἐξετάζειν, ubi vide Wyttenb. p. 344. Dionys. Halic. Antiqq. Rom. V. 70 τὴν αἵρεσιν τοῦ μέλλοντος ἄρχειν τοῖς ἐκ τοῦ συνεδρίου συνεχώρησαν αὐτοῖς ἐφ' ἑαυτῶν βουλευομένοις ποιήσασθαι; tum in pari verborum copulatione quae est apud Lucian. de Calumn. 31. αὐτὸ ἐφ' ἑαυτοῦ χρὴ τὸ πρᾶγμα ἐξετάζειν. Dem. Or. XVIII. 224. αὐτὸ τὸ πρᾶγμ' ἂν ἐκρίνετο ἐφ' ἑαυτοῦ. Phalar. Ep. 5. 28. αὐτὸ ἐφ' ἑαυτοῦ το δίκαιον ἐλογισάμην. Arrian. Anab. Alex. VII. 9. 9. ταῦτα μὲν τὰ ἐκ τοῦ πατρὸς τοῦ ἐμοῦ ἐς ὑμᾶς ὑπηργμένα ὡς μὲν αὐτὰ ἐφ' ἑαυτῶν σκέψασθαι μεγάλα. Nec aliter: Lucian. de saltat. 63. αὐτὸς ἐφ' ἑαυτοῦ ὠρχήσατο. Aristid. Or. V. 60. τὰ δὲ καὶ νῦν ἔτι φαίνεται πράττων αὐτὸς ἐφ' ἑαυτοῦ. Id. Or. XLV. 146. εἰ τοίνυν τις καὶ τοιοῦτος ἐγγένοιτο ... αὐτὸς δ' ἐφ' ἑαυτοῦ τοῖς λόγοις χρῷτο. κ.τ.λ. Dio. Chrysost. Or. XXXVIII. 6. μὴ τὴν ὁμόνοιαν αὐτὴν ἐφ' ἑαυτῆς καλὴν εἶναι πιστεύσητε. Xen. An. II. 4. 10. αὐτοὶ ἐφ' ἑαυτῶν ἐχώρουν. Dionys. Halic. Antiqq. Rom. I. 8. οἱ τὰς πολιτείας αὐτὰς ἐφ' ἑαυτῶν διηγησάμενοι. Aristid. Or. XL. 751. ὅσα μὲν τῶν πραγμάτων αὐτὰ ἐφ' ἑαυτῶν παρακαλεῖ σπουδάζειν. Similiter poetae. Philemon apud Meinek. l. c. IV. 46. αὐτὸς δ' ἐφ' αὑτοῦ 'στιν πονηρὸς καὶ πικρός. Lynceus Comicus v. 18. apud Meinek. l. c. IV. 433. πίνακά μοι τούτων παραθήσεις αὐτὸν ἐφ' ἑαυτοῦ μέγαν. Itaque recte ni fallor Carolus Sintenisius secutus est Reiskium qui apud Plut. Camill. 2. ex Iunt. et Aldin. textum hunc in modum restituit: αὐτὸς ἐφ' ἑαυτοῦ πρῶτος ἐς δόξαν προῆλθεν ἐν τῇ μεγάλῃ μάχῃ πρὸς Αἰκανοὺς κ. τ. λ. pro eo quod in editione Stephani legebatur: αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ, quanquam hic parvum discrimen inter utrasque loquendi rationes esse sentio, sed si vere differunt saepe non multum interesse videtur hoc illone modo dicas. At vero apud Dionys. Halic. Antiqq. Rom. IX. 44. τοτὲ μὲν ἀρχὰς ἐξεῖναι σφίσιν ἀξιοῦντες αὐτοὺς ἐφ' ἑαυτῶν ἀποδεικνύναι nec ἐφ' ἑαυτῶν tolero nec ἀφ' ἑαυτῶν, quod Sylburgius commendat probo sed reponendum iudico: αὐτοὺς ἐξ ἑαυτῶν. — Alterius formulae αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ pauca impollutae fidei in schedis habeo sive re vera sunt rarioris usus sive ego paullo socordius agebam in iis excerpendis quanquam ne ea quidem intacta manserunt. Plut. Comp. Thes. c. Rom. l. φαίνεται .. αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ μεγάλων ὀρεχθεὶς quomodo apud Sintenisium locum ex Bryani coniectura quam postea unus cod. Paris. confirmavit nunc emendatum video: vulgata erat: αὐτὸς ἐφ' ἑαυτοῦ. Id. Rom. 27. τῆς δὲ γῆς τὴν δορίκτητον αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ δασάμενος τοῖς στρατιώταις ubi ἐφ' ἑαυτοῦ mutandum putavit Pflugkius. Id. ibid. 15. τὴν νύμφην αὐτὴν ἀφ' αὑτῆς μὴ ὑπερβαίνειν τὸν οὐδὸν εἰς τὸ δωμάτιον. Menandri et Philistionis sentent. v. 28. apud Meinek. l. c. IV. 336. ὁ μὴ κολασθεὶς τῷ νόμῳ πράξας κακῶς αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ τῷ νόμῳ κολάζεται. Sed apud Aristid. Or. XXVI. 518. Dind. ἐδόκει μοι οὗτος ἤτοι ἐμοῦ πυθομένου ἢ καὶ αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ κινηθεὶς εἰπεῖν πρὸς ἐμὲ fateor me huic scripturae diffidere quam subit profecto mirari quomodo Dindorfius potuerit tolerare. Non enim puto participium κινηθεὶς ita dictum esse ut nude extra constructionem appositum sit. Quocirca aut αὐτὸς ὑφ' ἑαυτοῦ κινηθεὶς [14]) scribendum existimaverim aut

14) Sua sponte elucet pro diversitate praedicati quod in enunciato est praepositionem in hac formula variare posse. Utar ad rem demonstrandam paucis exemplis quae alio fortasse sed simili tamen modo comparata sunt. Antiph. Or. III. 4. 4. αὐτὸς ὑφ' ἑαυτοῦ διέφθαρται. Dinarch. Or. I. 85. αὐτὸν ὑφ' ἑαυτοῦ καὶ τῶν ψηφισμάτων ὧν ἔγραψεν ἑαλωκότα. Plut. Rom. 27. αὐτὸν ὑφ' ἑαυτοῦ φαρμάκοις ἀποθανεῖν. Dionys. Hal. Antiqq. Rom. X. 35. οὐδὲν ἂν ἦν τὸ κωλῦσον αὐτὴν ὑφ' αὑτῆς ἀπολωλέναι τὴν πόλιν. Dio Chrysost. Or. XI. 1. ἐξαπατῶνται ... οὐ μόνον γε ὑπὸ τῶν ἄλλων ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ ὑφ' αὑτῶν. Apollod. Caryst. Comicus apud Meinek. l. c. IV. 442. v. 10. λειπομένους ὁρᾶν αὐτοὺς ὑφ' αὑτῶν καὶ καταπίπτοντας νεκρούς.

αὐτὸς ἀφ᾽ ἑαυτοῦ legendum participio κινηθεὶς expuncto. Sed superest ut de aliis quibusdam eiusmodi locis dicam qui aut iam emendati sunt aut emendationis indigent. Prioris generis est is qui invenitur in Isaei Or. VI. 57. εἴληχε δ᾽ αὐτὸς ἐφ᾽ ἑαυτῷ τοῦ Εὐκτήμονος κλήρου καὶ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ ad quem locum Schoemannus p. 349. cum in formula αὐτὸς ἐφ᾽ ἑαυτῷ merito offendisset suspicatus est legendum esse aut αὐτὸς ἐφ᾽ ἑαυτοῦ aut αὐτὸς ἑαυτῷ praepositione eiecta. Hanc emendationem quam ante Schoemannum iam Reiskius proposuerat editores Turicenses receperunt. Alter locus est apud Plat. Theaet. 152. B. πότερον οὖν τότε αὐτὸ ἐφ᾽ ἑαυτὸ τὸ πνεῦμα ψυχρὸν ἢ οὐ ψυχρὸν φήσομεν; Hanc lectionem ab omnibus codicibus oblatam et a Bernhardyo Gr. Gr. 248. summo opere commendatam ascivit quidem Stallbaumius sed invitus tamen pro vulgato: αὐτὸ ἐφ᾽ ἑαυτῷ. At quis est qui ita unquam dixerit? Immo scribe sine cunctatione αὐτὸ ἐφ᾽ ἑαυτοῦ quod constans ac perpetuus loquendi consuetudo requirit. Stallbaumius cui et ipsi ἐφ᾽ ἑαυτοῦ placebat non debuit in hac re haesitare frequenti, credo, experientia doctus literas ο, ῳ, ου et sono et forma similes a librariis saepenumero commutatas esse. Conf. Herm. Sauppii Epist. crit. 98. Venio denique ad eum locum qui quanquam et ipse corruptus tamen ad corruptelam illam quae est in ea formula iuvandam allatus est a Schoemanno. Est Xenophontis de rep. Laced. 12. 5. ὥςτε μεγαλοπρεπεστέρους μὲν αὐτοὺς ἐφ᾽ ἑαυτοῖς γίγνεσθαι ἐλευθεριωτέρους δὲ τῶν ἄλλων φαίνεσθαι. Probabilitatis speciem prae se fert explicatio Haasii qui ut scrupulum quem verba αὐτοὺς ἐφ᾽ ἑαυτοῖς movent, tollat, μεγαλοπρεπῆ γίγνεσθαι ἐφ᾽ ἑαυτῷ eodem modo dictum esse asserit quo μεγαλύνεσθαι ἐφ᾽ ἑαυτῷ. Gustavus Sauppius quid sibi videatur sapienter reticet. At qui totam loci sententiam accurate perlustraverit in eandem mecum opinionem abibit verba αὐτοὺς ἐφ᾽ ἑαυτοῖς cum arcte inter se cohaereant non sine quadam vi opponi verbis quae proxime sequuntur τῶν ἄλλων hoc intellectu: itaque ipsi per se soli fiunt magnificentiores et ceteris liberaliores videntur. Quapropter certissima emendatione scribo: αὐτοὺς ἐφ᾽ ἑαυτῶν. Hac longiore digressione exemplorumque ista caterva si quis quaerat quid efficere voluerim: illud certe apparebit primum utriusque formulae differentiam si qua omnino est dubitabilem esse; tum formulam αὐτὸς ἐφ᾽ ἑαυτοῦ Graecis frequentatam admodum et paene unicam, alteram αὐτὸς ἀφ᾽ ἑαυτοῦ perraro in usu fuisse.

Timon. c. 47. οὗτος δὲ ἀγρὸν ὅλον παρ᾽ ἐμοῦ λαβὼν καὶ τῇ θυγατρὶ προῖκα δύο τάλαντα μισθὸν τοῦ ἐπαίνου ὁπότε ᾄσαντά με πάντων σιωπώντων μόνος ὑπερεπήνεσε κ. τ. λ. Aut fallor aut scripsit Lucianus ὅτε ποτὲ vel ὅπου ποτέ: nam particula ὅπου saepe causalem habet significationem. Dial. Deor. XVIII. 1. οἷος ἂν νήφων οὗτος ἦν ὅπου ταῦτα (fort. τοιαῦτα) μεθύων ποιεῖ. Bis Acc. 20. καίτοι τί ἂν ἔγωγε ἀγανακτοίην κατ᾽ αὐτῆς ὅπου μηδὲ τῶν θεῶν φείδεται. Conf. Charon. 18; Icarom. 9; 16; 23; adv. Indoct. 13; 21; de saltat. 17.

Timon. c. 50. τὰ τοιαῦτα δὲ πολλὰ προςκεῖσθαι ἄμεινον. Articulo ante τοιαῦτα eliminato integritatem loci restitueris. Gall. 11. τοιαῦτα πολλὰ οὐδὲν δεομένῳ προςφιλοσοφῶν συνείρει. Quom. hist. conscr. sit. 32. τοιαῦτα πολλὰ ὑπ᾽ ἀπαιδευσίας ληροῦσι. Dem. Encom. 44. τοιαῦτα πολλὰ ἔλεγε. Zeux. 1. οἱ μὲν οὖν τοιαῦτα πολλὰ ἔλεγον, quomodo Fritzschius emendavit pro vulgato: οἱ μὲν τοιαῦτα πολλὰ quod Iacobitzius et Dindorfius habent. Similiter de merc. cond. 17. ἐκεῖνοι μὲν οὖν τοιαῦτα πολλὰ περὶ σοῦ στρέφουσι. Disput. c. Hesiod. 2. γέγραπται μέν σοι καὶ τοιαῦτα πολλὰ quo pacto hodie in omnibus editionibus locus e codice Gorl. redintegratus est cum antea falso legeretur τὰ τοιαῦτα ut est in codice Guelferbytano primo. Nec aliter ordine inverso: Dial. Deor. XIX. 1. πολλὰ τοιαῦτα ἠπείλησε. Alex. 54. πολλὰ γὰρ τοιαῦτα καὶ αὐτὸς ἐπεμηχανησάμην αὐτῷ. Dial. Meretr. X. 2. πολλὰ τοιαῦτα ἔστρεφον. Bis Acc. 4. καὐτὸς (ita Fritzschius: καὶ αὐτὸς ceteri) ὦ Ζεῦ πολλὰ τοιαῦτα ... λέγειν .. οὐκ ἐτόλμων. Saturn. 20. ἡ πενία δὲ καὶ ἀπορία .. ἄν μοι γένοιτο καὶ ὦ τῆς τύχης πολλὰ τοιαῦτα παρὰ γοῦν ἡμῖν τοῖς πένησι ubi solus Dindorfius in editione Lipsiensi de suo male dedit: πολλὰ τὰ τοιαῦτα. Simili ratione καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα dixit Lucian. Quom. hist. conscr.

sit. 28; Saturn. 32. quod ita variavit Lys. Or. X. 20. *πολλὰ δὲ τοιαῦτα καὶ ἄλλα ἐστίν, ὦ ἄνδρες δικασταί.*

Prometh. II. c. 9. *ἢ τί γὰρ ἂν ἐποίησεν οὗτος ὅλον βοῦν ἀπολέσας εἰ κρεῶν ὀλίγων ἕνεκα τηλικαῦτα ὀργίζεται;* Mihi quotiescunque in hunc locum incidi et iterum iterumque inspexi, ea suspicio suborta est num bene editores recentissimi fontium auctoritati ac fidei obsecundarent. Videntur quidem recte fecisse quod illud asciverunt quod maiorem a codicibus habere putarent auctoritatem sed credat qui volet hoc a Luciano profectum esse. Altera lectio quam duo codices veteresque editiones suppeditant *τοιαῦτα ἐργάζεται* quae et ipsa haud sane deteriorem meo quidem iudicio sententiam praebet necessariam redidit praepositionem *ἕνεκα.* Sed cum difficile dictu sit utrum ab ipsa Luciani manu provenerit, id tamen constat, illa praepositione in recepta scriptura supersederi posse. Non ignoro equidem in pari dicendi genere et grammatici et interpretes ab ista praepositione opem fidemque petere solere ut genitivum caussam indicantem enodent qnem verba affectuum suapte natura efflagitant; at re vera nunquam quantum observavi posita ea est. Apage igitur istam sartaginem loquendi a Luciano, qui semper fere probatissimorum scriptorum usum sequi consuevit. Legas: *εἰ κρεῶν ὀλίγων τηλικαῦτα ὀργίζεται,* cuius dictionis ingenue fateor nunc quidem in promtu mihi non alterum esse exemplum nisi quod notavi e Xenoph. Hell. III. 5. 5. *οἱ μέντοι Λακεδαιμόνιοι ἄσμενοι ἔλαβον πρόφασιν στρατεύειν ἐπὶ τοὺς Θηβαίους πάλαι ὀργιζόμενοι αὐτοῖς τῆς τε ἀντιλήψεως τῆς τοῦ Ἀπόλλωνος δεκάτης ἐν Δεκελείᾳ καὶ τοῦ ἐπὶ τὸν Πειραιᾶ μὴ ἐθελῆσαι ἀκολουθῆσαι* sed vide qui eam rem bene explicavit Hermannum de ellipsi et pleon. in graeca lingua in Opusc. I. 183.

Dial. Deor. V. 3. *οὐκέτι μέμψῃ μοι προτιμότερον τοῦ νέκταρος οἰομένῳ τὸ φίλημα εἶναι.* Non damno utique lectionem *προτιμότερον* quae per se spectata nihil habeat quod offendat. At vix dicere possum quanto opere scriptura *ποτιμώτερον* arrideat quae male e codice Paris. 1428. *ποτιμότερον* refertur, recte e codice Paris. 1310. in Boiss. Anecd. Gr. IV. 468. enotatur. Id ipsum Wyttenbachius coniectura prolata illa in Epist. crit. p. 271. ed. Lips. assecutus erat. Videtur ea lectio etiam Struvio in Opusc. II. 65. placuisse. Vocem *πότιμος* esse Platonis ait Wyttenbachius unde in multiplicem usum scriptorum manasse appareat, qui genus scribendi vocabulis ac flosculis ex Atthide decerptis fucare voluerint. Neque tamen prius ab hoc loco discedam quam et ego proposuero coniecturam quae proxime ad vitiosam codicis Parisini scripturam accedit. Censeo enim delitescere in ea: *ποθεινότερον,* eo sensu, ut Iupiter cuius sunt ea verba aperiat: maius se Ganymedis quam nectaris habere desiderium. In eam sententiam Iunoni respondet: *οὗτοσὶ γὰρ ὁ θηλυδρίας . . ἡδίων ἐμοὶ καὶ ποθεινότερος.* Adiectivum autem *ποθεινὸς* tum de homine (conf. Vot. 43.) tum de re aeque bene usurpari posse nemo negabit. Ultima verba solus Fritzschius ita excudenda curavit et recte quidem non quo ea lectio auctoritate trium codicum nitatur cum quibus etiam codex 1310. apud Boiss. l. c. V. 148. accurate congruit sed quia maior sententiae perspicuitas pronomen requirere videtur. — In verbis Iunonis quae subsequuntur: *παιδεραστῶν οὗτοι λόγοι* articulum quem codices Guelf. pr. et duo Parisini 2956. 2957. suggerunt ex eodem codice 1310. qui et ipse *οὗτοι οἱ λόγοι* exhibet, probat Boiss. Anecd. Gr. V. 148. Articulum non necessarium esse editores novissimi bene intellexerunt.

Dial. Deor. XIII. 1. *ἀλλὰ* (*ἀλλ'* Dind. de suo dedit) *ἐθέλεις ὦ Ζεῦ τουτονὶ τὸν φαρμακέα προκατακλίνεσθαί μου;* Scripserim: *ἀλλ' ἐθέλεις σύ, ὦ Ζεῦ...* quod ad vehementiorem in verbis Herculis ingressionem accommodatius esse videtur quomodo Dial. Deor. XII. 2. *ἢ ἐθέλεις σύ, ὦ μῆτερ, αὐτὴ μηκέτι ἐρᾶν κ. τ. λ.* ubi tamen quod Fritzschius citra necessitatem ex uno codice Paris. recepit *ἢ θέλεις σὺ αὐτὴ ὦ μῆτερ μ. ἐ.* leniter addubitare licet.

Dial. Deor. XIII. 2. *ἐπεὶ ἀράμενός σε ῥίψω ἐπὶ κεφαλὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὥςτε μηδὲ τὸν Παιῶνα* (*Παιῆονα* formam unde Fritzschius sumserit non liquet) *ἰάσασθαί σε τὸ κρανίον συντριβέντα.* Legendum censeo: *ἰάσεσθαι.* Nam cur editores ad unum omnes infinitivum aoristi

pro futuri intactum reliquerint nihil caussae videre me confiteor. Et Iacobitzius quidem in editione novissima ad discipulos docendos destinata nihil de eo memorat: Fritzschio in Iudice verborum p. 111. aoristus pro futuro de necessario eventu positus videtur. At hanc sententiam opinor revocabit vir doctissimus si accuratius inspexerit quem ipse attulit Hermannum ad Vig. 747. qui diserte tradit: falli qui aoristum pro futuro poni posse putent. Extra infinitivi structuram nemo non videt debuisse dici: *οὐδ' ὁ Παίων ἰάσεταί σε* quomodo alii demonstrant loci tum forma tum colore haud dispares Dial. Marin. II. 4. *οὐδὲ ὁ πατήρ, φησὶν, ὁ Ποσειδῶν ἰάσεταί σε.* ubi respicitur Hom. Od. IX. 524. *ὡς οὐκ ὀφθαλμόν γ' ἰήσεται οὐδ' Ἐνοσίχθων.* Asin. 6. *θεραπεύσει δέ σε οὐδεὶς ἀλλ' οὐδὲ θεὸς ἰατρός.* Poteris vero etiam particula *ἂν* interposita aeque bene scribere: *ἰάσασθαι ἄν σε.*, quomodo oratione recta locutus est Phalar. Ep. 107. *σὲ δὲ οὐκ ἂν οὐδ' αὐτὸς ὁ τῆς τέχνης ἡγεμὼν Ἀσκληπιὸς μετὰ πάντων ἰάσαιτο τῶν θεῶν,* ubi nostri loci non oblitus est Lennepius.

Dial. Deor. XX. 1. . . . *λαβὼν τουτὶ τὸ μῆλον ἄπιθι* tetigit Boiss. Anecd. Gr. V. 148. In verbis quae infra sequuntur: *ὁ δὲ νεανίας ὁ Φρὺξ ἐφ' ὃν ἄπιτε βασιλικὸς μέν ἐστι καὶ Γανυμήδους τούτου ξυγγενὴς* (*συγγενὴς* Dind.) vulgatam hanc lectionem tutantur Iacobitzius et Dindorfius in utraque editione quanquam Fritzschius viam iam pridem monstraverat quam insistere debebant. Is enim cum Longolii excerpta habeant *τουτονὶ* solus id non dubitavit praeferre et quoniam quod codex Parisinus 1310. *τουτὶ* praebet manifestus est librarii error commode vidit Boissonadus in Anecd. Gr. IV. 418. certissimum hîc potioris scripturae *τουτονὶ* latere vestigium.

Dial. Deor. XX. 10. *τί οὖν οὐχὶ καὶ σύ, ὦ Ἀθηνᾶ, .. ψιλὴν τὴν κεφαλὴν ἐπιδεικνύεις;* Leve quidem est quod de hoc loco moneo sed eiusmodo tamen ut silentio praetermittere nequeam cum me commoveat ut Iacobitzii inconstantiam ne dicam negligentiam convincam. Hîc enim Iacobitzius Dindorfius et ante eos Fritzschius tres codices secuti quibus fides cod. Paris. 1310. in Boissonadi Anecd. Gr. V. 22. accedit interiectionem *ὦ* quae vulgo deerat, recte asciverunt. Similem prorsus verborum ordinem habebis in Anach. 39. si mecum reposueris: *τί οὖν οὐχὶ καὶ σύ, ὦ Σόλων,* pro eo quod editiones hodie occupat: *τί οὖν οὐ καὶ σύ, ὦ Σόλων.* Sed si video quam praepostere Iacobitzius locum tractaverit qui est in Dial. Marin. IV. 2. libenter fateor quoquo modo rem mecum reputo expiscari me non posse qua re motus vulgatam mordicus tenuerit scripturam: *σὺ δέ μοι, Μενέλαε, δοκεῖς οὐδὲ πολύπουν ἑωρακέναι πώποτε.* Adeo a se defecit ut auctoritati quattuor codicum in iis codicis Gorl. quibus hodie Boissonadii codex 1310. accedit aditum omnino praecluderet. Merito dedit Dindorfius: *σὺ δέ μοι, ὦ Μενέλαε* [15]).

Dial. Deor. XX. 11. *σὺ δέ, ὦ Ἥρα, περίμενε. Ἥρα· περιμένω.* Haec est vulgata lectio: *περιμενῶ* exhibent duo codices Vindob. 123. et Graevianus et margo Aldin. pr. Wessel . . Diversa secuti sunt editores nuperi pro suo quisque arbitrio alii hoc alii illud praeferentes. Et vulgatam quidem tutantur Poppo et Fritzschius, qui suam de hoc loco sententiam non mutavit ad Arist. Thesm. v. 612. ubi color dictionis nostro loco haud dissimilis est. Leguntur enim hodie haec: *μέν' αὐτοῦ· τί τὸ κακόν; . . . σὺ δ' οὖν ποίει τοῦτ'. ἀναμένω γὰρ ἐνθάδε.* Reprehendit vir egregius quod est in marg. Ald. pr. Wech. (? lege: Wessel.) *περιμενῶ.* Id si solus margo Aldinae suppeditaret, probarem sed futurum tempus praeterquam quod auctoritatem a codice bonae fidei habet etiam sententiae convenientius est. Quare praeferendum duco quod Iacobitzius et Dindorfius palam fecerunt: *περιμενῶ.*

Dial. Deor. XX. 12. *σὺ δὲ πρόσιθι ἡ Ἀθηνᾶ.* Dictum est quomodo Dial. Mort. XII. 1. *σὺ δὲ πρῶτος ὁ Λίβυς λέγε.* Icarom. 26. *σὺ δὲ ὁ Βορέας πνεῦσον ἐν Λυδίᾳ, σὺ δὲ ὁ Νότος ἡσυχίαν ἄγε* sed Vit. Auct. 27. confidenter corrigo: *σὺ δὲ ὁ Πυρρίας πρόσιθι* pro *σὺ ὁ*

15) In transcursu refero ad verba quae paulo ante leguntur: *φαρμακὶς γάρ ἐστι* Boissonadum in Anecd. Gr. V. 24. e codice 1310. variam lectionem *φαρμακὸς* enotasse contra consuetudinem Luciani et totius fortasse Graecitatis.

Πυρρίας (Dind. *Πύρρων*) *πρόσιθι*. Solet enim tum in hoc allocutionis genere de quo agit Iacobs. Anth. Pal. III. 167. tum in altero longe frequentiore quo quis compellatur interiectione *ὦ* praemissa nunquam quantum observavi particula adversativa omitti qua re vividior ac fortior evadit oratio etiam ubi nihil oppositionis locum obtinet. Dial. Deor. XX. 11. *σὺ δέ, ὦ Ἥρα, περίμενε*. Dial. Mort. XII. 6. *σὺ δέ, ὦ Μίνως, δίκαζε*. Vit. Auct. 1. *σὺ δέ, ὦ Ἑρμῆ, κήρυττε* Piscat. 17. *σὺ δέ, ὦ Ἔλεγχε, αὐτοῦ περίμενε*. Ibid. 28. *σὺ δέ, ὦ Παρρησιάδη, λέγε ἤδη*. et similiter c. 37; 51; Catapl. 5; Dial. Meretr. IV. 5; Tox. 47; Bis Acc. 4; sed Lexiph. 13. contra usum Lucianeum Dindorfius scripsit *σὺ δ' ὦ παῖ .. ἔγχει* pro *σὺ δέ, ὦ παῖ*, ut est c. 2. Nec aliter Dial. Mort. VII. 1. *σὺ δέ, ὦ Καλλιδημίδη, πῶς ἀπέθανες;* XII. 3. *σὺ δέ, ὦ Ἀλέξανδρε, τί πρὸς ταῦτα φής;* XXVII. 7. *σὺ δέ, ὦ Ἀχαρνάν, ... τί αἰτιᾷ τὸν Ἔρωτα*; Conf. Dial. Mort. XXVIII. 3; Piscat. 22; Fugit. 32. Pauca tantum reperiuntur exempla quae cum eiusdem sint familiae levi mutatione ad normam allatorum exigenda sunt. Pseudol. 1. *καὶ σὺ δή, ὦ κακόδαιμον ἄνθρωπε, τί βουλόμενος ποιητὴν λάλον παροξύνεις* .. erratum est culpa librariorum; nam a Luciano fuit, opinor, *καὶ σὺ δέ, ὦ κ. ἄ.* ut est in Catapl. 13. *καὶ σὺ δέ, ὦ Ἑρμῆ, σύρετ' αὐτὸν εἴσω τοῦ ποδός*. In Fugit. 26. *σὺ οὖν Φιλοσοφία λέγε* dubito num quid opis tulerint editores novissimi qui potiorem ut putabant scripturam ac maiore fide dignam e codicibus Gorl. et Vindob. 123. cupide substituerunt in eius locum quae vulgata erat: *σὺ οὖν ὦ Φιλοσοφία*. Non assentior equidem. In eiusmodi quae saepius recurrunt formulis debere non tam auctoritates sequi sed ad morem scriptoris animum intendere ratus scribendum duco: *σὺ δ' οὖν ὦ Φιλοσοφία λέγε* quo fere modo locutus est Lucianus de merc. cond. 42. *σὺ δ' οὖν ὦ ἄριστε Τιμόκλεις .. ἐννόησον*. Similis plane est eorum locorum ratio in quibus a pronomine vocativus interpositione dirimitur. Dial. Meretr. VII. 4. *σὺ δὲ οἴει ὦ Μουσάριον .. ἔσεσθαι;* Dial. Marin. VI. 2. *σὺ δὲ παρανήχου ὦ Τρίτων*. Pro Imagg. 12. *σὺ δὲ σκόπει ὦ Λυκῖνε*. Deor. Conc. 1. *σὺ δὲ κήρυττε ὦ Ἑρμῆ τὸ κήρυγμα*. (Conf. supra Vit. Auct. 1.) Vit. Auct. 14. *σὺ δὲ τί κλάεις ὦ βέλτιστε;* Sic Dial. Meretr. IX. 4; Dial. Marin. IV. 4; Lexiph. 25; sed Dial. Deor. XVII. 2. *σὺ δ' οὐκ ἄν, ὦ Ἄπολλον*; scribe: *σὺ δὲ οὐκ ἄν, ὦ Ἄ.* quo pacto Dial. Marin. XV. 1. *σὺ δὲ οὐκ εἶδες ὦ Νότε;* His locis in conspectu positis supersunt quattuor qui extra legem constitutam illam egrediuntur. Quattuor dico? Immo vero duo tantum sunt Luciani, duo incerti istius fabricatoris dialogorum suppositorum qui nomine Samosatensis circumferuntur. Sunt autem eiusmodi omnes ut facile in iustum ordinem redigi possint. Vot. 35. *σὺ δὲ τί ὦ Λυκῖνε δοκιμάζεις*; transponendo scripserim: *σὺ δὲ τί δοκιμάζεις ὦ Λυκῖνε*; Anach. 19. *σὺ τοῦτο ὦ Ἀνάχαρσι ταμιεύσῃ ἄμεινον* aperte reponendum est: *σὺ δὲ τοῦτο κ. τ. λ.* Amorr. 30. *σὺ δὲ ἵλεως, Ἀφροδίτη, γενοῦ*, lege si volupe est aut *σὺ δὲ ἵλεως, ὦ Ἀφροδίτη γενοῦ* aut *σὺ δὲ ὦ Ἀφροδίτη ἵλεως γενοῦ* aut *σὺ δὲ ἵλεως γενοῦ, ὦ Ἀφροδίτη*. Nec secus Charid. 21: *σὺ δὲ λοιπὸς εἶ, Χαρίδημε*, scribe: *ὦ Χαρίδημε*. Hae quas feci mutationes neque violentae admodum sunt et confirmantur consuetudine dicendi Lucianea.

Dial. Deor. XX. 15. *δεήσομαι δὲ καὶ τῶν Χαρίτων ἀκολουθεῖν*. Sic Iacobitzius et Dindorfius: compositum *συνακολουθεῖν* e duobus codd. iam Schmiederus praetulit quem recte secuti sunt Poppo et Fritzschius: addo auctoritatem etiam codicis 1310. apud Boiss. Anecd. Gr. IV. 5.

Dial. Deor. 16. *Βούλει οὖν ἐπομόσωμαι*. Sic optime dederunt editores nuperrimi de Hemsterhusii coniectura fide codicis Gorl. firmata. Vulgatam lectionem *ἐπομόσομαι* retinuit solus Fritzschius. Perperam. Nam quod emendationis illius impatiens docet vir egregius ad Arist. Ran. 310. p. 178. nostri loci non immemor „Lucianum *βούλει* et *ἐθέλεις* (scr. *θέλεις*) saepenumero futuris coniungi non minus in fraudem incidit quam si contendit aoristum eius verbi esse *ἐπώμοσα*. Quae cum scriberet sine dubio oblitus erat Luciano activum *ἐπομνύναι* prorsus inusitatum, medium solum *ἐπόμνυσθαι* in deliciis esse. Locis in Indice Lucian. congestis adiungo: Dial. Meretr. XI. 2. *ἐπόμνυται*; Tox. 38. *ἐπωμόσω*;

Philopatr. 12. ἐπομόσωμαι; de Calumn. 18. ἐπομοσάμενος. Et quoniam quidem mentio deliberativi quem dicunt coniunctivi in enunciatis ita comparatis iniecta est, ego praesertim cum sententiae virorum doctorum in diversas partes abeant ab hoc loco non alienum esse censeo si usum imprimis Luciani qui sit in hoc dicendi genere primis quasi lineis designare coner. Accedit quod esse quosdam homines animadverti qui cum ipsi non proprio Marte quidquam conficere aut possint aut velint quae ab aliis paene imperiose praecepta sunt temere recoquere solent. Id unum doleo quod cum ex scriptoribus paucis pauci duntaxat loci in praesenti in promtu sint, rem non ita ut volo ad liquidum perducere potero. Verum tamen etiam quae exempla allata fuerint satis fore reor ut Luciani quidem dictio aliqua ex parte recte cognosci possit. In qua re ita agendum putavi ut quae testimonia habeo pro temporum ratione in duas classes distribuerem et priori quidem adscriberem in quibus cum coniunctivus aoristi in talibus frequentetur praesentis temporis quaqua de caussa usurpatus est. Hermot. 48. βούλει ἀφαιρῶμεν quomodo nunc ex marg. Ald. pr. Wessel. pro ἀφαιροῦμεν legitur. Soloecismum βούλει ἀποκληροῦμεν Bis Acc. 14. quem Iacobitzium vix crediderit quisquam in editione maiore propinasse, melius a Dindorfio doctus in altera editione eliminavit scribendo ἀποκληρῶμεν. Et sic post pluralivum βούλεσθε Plut. de glor. Athen. 6. p. 348. E. βούλεσθε εἰςάγωμεν. Huc pertinent loci in quibus coniunctivus praesentis prope necessarius erat aut quod coniunctivus aoristi non exstat Charon. 7. βούλει ἔρωμαι quomodo solus Menkius dedit, quod probo: Iacobitzius in utraque editione e codicibus Gorl. et Paris. 1428. introduxit: βούλει ἐρήσομαι; Dindorfius et Sommerbrodtius mutarunt: εἰ βούλει ἐρήσομαι aut quod ab alio verbo apud Atticos certe desumitur: Xen. Mem. II. 4. 1. βούλει σκοπῶμεν; Id. ibid. III. 5. 1. βούλει ἐπισκοκῶμεν pro quo idem ibidem II. 1. 10. βούλει ἐπισκεψώμεθα dixit.

In alteram classem infarcienda sunt exempla in quibus coniunctivus deliberativus aoristi legitur. Satis habeo pauca de multis afferre. Dial. Mort. I. 2. βούλει ἐντείλωμαι; Ibid. X. 9. βούλει ἀφέλωμαι; Char. 9. βούλει ἀκούσωμεν ubi cod. Paris. 1428. et edit. Basil. III. ἀκούσομεν male praebent. Catapl. 6. βούλει παραγάγω ubi codd. Gorl. et Guelf. pr. παράγω habent; Cynic. 3. βούλει ἴδωμαι e codd. Gorl. et Guelf. sec. pro quo in editionibus εἴδωμεν exstat. Nec aliter Plat. Gorg. 454. E. βούλει θῶμεν; Phaedr. 228. E. et 263. E. βούλει ἀναγνῶμεν; 272. C. βούλει εἴπω; Xen. Mem. IV. 2. 15. βούλει γράψωμεν; ibid. §. 16. βούλει πορισώμεθα. Pari modo Tragici: Soph. Philoct. 762. βούλει λάβωμαι δῆτα καὶ θίγω. Eur. Phoen. 723. Kirchh. βούλει τράπωμαι. Simili ratione post βούλεσθε: Scyth. 9. βούλεσθε ἐπαγάγω ubi cod. Vindob. 114. ἐπάγω, cod. Wittian. ἀπάγω exhibent; Dem. Or. XXIV. 174. βούλεσθε εἴπω; Arist. Ran. 416. βούλεσθε σκώψωμεν, et in enunciato interrogativo quemadmodum βούλει insertum: Hermot. 4. πόσῳ τινὶ βούλει ὑψηλοτέραν . . θῶμεν εἶναι τὴν ἄκραν; ita pluraliter positum βούλεσθε: Dem. Or. XXIV. 176. τί γὰρ βούλεσθε εἴπω; Ad hunc ordinem aggrego locos in quibus praedicatum enunciati coniunctivo aoristi ita efferatur ut congruat cum inclinamentis aut praesentis: Hermot. 55. βούλει ἀποκρίνωμαι quo loco in codice Guelf. sec. ἀποκρίνομαι est et in enunciatione interrogativa: Hermot. 32. τί βούλει ἀποκρίνωμαι αὐτῷ; aut futuri temporis: Dial. Mort. XX. 3. βούλει ἐπιδείξω; Charon. 20. βούλει παραινέσω [16]). Iov. Trag. 14. βούλει ἀναρραψῳδήσω, ubi male in cod. Gorl. ἀναραψῳδήσω legitur. Eur. Phoen. 912. et Arist. Eqq. 36. βούλει φράσω; Eur. Hel. 1428. βούλει ἐκπέμψω. Et post βούλεσθε plurali numero pronunciatum: Philyllius Comicus apud Meinek. l. c. II. 859. βούλεσθε φράσω. Atque de his quidem editores ad unum omnes concordant. Sed hanc concordiam Schaeferus ad Bos. Ell. 765. et Godofredus Hermannus in Opusc. I. 207. turbasse videntur qui locis sive minus prospere delectis seu perperam

16) Ut verbi ἐπαινεῖν futurum est aut ἐπανέσω aut ἐπαινέσομαι, quod Atticis atque etiam Luciano magis placet (conf. Observv. Lucian. I. 13. n. 12. ita verbi παραινεῖν futurum non solum παραινέσω sed etiam παραινέσομαι in usu erat.

diiudicatis inducti sententiam pravam istam et ab usu meliorum scriptorum alienam proposuerunt, qua *βούλει* et *θέλεις* (non *ἐθέλεις*) cum futuris copulari praeceperunt. Id praeceptum quoniam omni tempore fuerunt qui in verba magistri iurarent homines nimis creduli avido complexu adoptaverunt. Quae credulitas si insuper caeca quadam ac superstitiosa veneratione alitur qua quidquid codices exhibeant verum esse putatur quasi rectam ubique et genuinam lectionem vel optimae membranae habeant integritati scriptoris parum consulitur. Itaque factum est ut vitiositas praecepti istius cuius nuper Iacobitzius ad Lucian. Tim. 37. p. 54. audax defensor exstitit opinione latius serperet atque providos consideratosque viros inficeret. At magnae profecto inconstantiae esse videtur si Iacobitzius qui hoc loco auctoritate codicis Gorl. abreptus recte dedit *βούλει ἐπομόσωμαι* in Catapl. 5. impatiens vulgatae scripturae *βούλει ἐμβιβασώμεθα,* quam Dindorfius servavit *βούλει ἐμβιβασόμεθα* praetulit, quod idem Gorl. et Guelf. pr. mendose suppeditant. Sed cave Luciano id vitio vertas sed tardis istis librariis, qui cum veram constructionem non caperent satis constat quoties mutationes literarum $\bar{o}$ et $\bar{\omega}$ dormitantes admisserint. Neque dubium est quin in Tim. 37. vel sine librorum suffragio *βούλει δικαιολογήσωμαι* refingendum sit, quam Hemsterhusii emendationem Lehmannus Dindorfius Sommerbrodtius merito receperunt pro *βούλει δικαιολογήσομαι* quod Iacobitzius et Menkius retinuerunt. De loco, qui est Luciani Char. 7. iam supra dixi.

Quae de coniunctivo post *βούλει* (*βούλεσθε*) illato disputata sunt, eadem utique valent de coniunctivo qui in deliberatione cum *θέλεις* (*θέλετε*) consociatur. Ac primum quidem moneo in hoc dicendi genere a Luciano breviorem verbi *θέλειν* formam ubique usurpatam esse depromtam illam a poetis qui quantum ex locis quos in procinctu habeo colligi potest, semper *θέλεις* dixerunt. In editione Dindorfiana lectio inter *θέλειν* et *ἐθέλειν* fluctuat, quam ultimam formam vir doctissimus non raro etiam alibi de suo restituit. Atque ut dicam quid de loco sentiam quem Hermannus l. c. post Schaeferum ex epigrammate incerti poetae 249. affert: *Κύπρι θέλεις οὕτως ἐς κρίσιν ἐρχόμεθα*, equidem nihil insueti in verbis invenio neque structuram soloecam cum Schaefero neque praesens pro futuro positum cum Hermanno sed coniunctivum deliberativum praesenti tempore elatum esse aio correpta ut poetae solent antepenultima, ut Eur. frag. 1023. p. 536. Nauck. in enunciato interrogativo: *πότερα θέλεις σοι μαλθακὰ ψευδῆ λέγω ..;* Et coniunctivum aoristi post *θέλεις* habes apud Lucian. Hermot. 42. *ἢ θέλεις ἀντείπω τά γ' ἐμοὶ δοκοῦντα;* ubi quo iure Dindorfius voculam *θέλεις* omnino eiecerit caussam idoneam video equidem nullam. Sic Soph. El. 80. *θέλεις μείνωμεν αὐτοῦ κἀνακούσωμεν γόων*; Eur. Bacch. 709. *θέλεις θηρασώμεθα* [17]) et in enunciatione interrogativa Soph. O. T. 651. *τί σοι θέλεις δῆτ' εἰκάθω* [18]); Quod Iacobitzius in Hermot. 80. *τί σιγᾷς ὦ Ἑρμότιμε; θέλεις διηγήσομαι* dedit, Dindorfius correxit: *ἐθέλεις διηγήσωμαι.* Probo hanc emendationem sed formâ *θέλεις* retentâ. Bis Accus. 4. ubi Iupiter interrogat: *τί οὖν, ὦ Ἑρμῆ, δοκεῖ; προτίθεμεν αὐτοῖς ἀγορὰν δικῶν ἢ θέλεις ἐς νέωτα παραγγελοῦμεν;* vulgatam Iacobitzius secutus est ad quam si manum emendatricem admovit Dindorfius audaciore remedio usus esse videtur. Mutationem quam Cobet. V. L. 91. fecerat *προθῶμεν* profectam illam procul dubio ex Mercurii quae subsequitur responsione: *οὐ μὲν οὖν, ἀλλ' ἤδη προθῶμεν,* etiamsi non condemnem, vix tamen dubitari potest, quin quod *παραγγείλωμεν* pro *παραγγελοῦμεν* positum est iustae emendationis modum excedat. Cobeti emendationem *παραγγείλωμεν* recepit etiam Fritzschius qui pro *προτίθεμεν* scripsit: *προτιθέναι* ita ut infinitivum a praedecenti *δοκεῖ* quod mente repetendum est suspensum esse velit. Sed haud scio an ea correctio albo calculo notari mereatur qua transposito

17) Aoristi forma ex medio genere desumta ne cui scrupulum iniiciat legitur Soph. Philoct. 1007. Eur. Hippol. 916.

18) *εἰκάθω* non praesentis sed aoristi coniunctivum esse monuit Elmsl. ad Eur. Med. 186. sed vide Lobeck. ad Buttm. Gr. II. 62.

distinctionis signo Lucianum scripsisse iudico: *προθῶμεν αὐτοῖς ἀγορὰν δικῶν; ἢ εἰ θέλεις ἐς νέωτα παραγγελοῦμεν;* eadem syntaxi qua dictum est in Catapl. 28. |*ἀλλ' εἰ θέλεις .. ὑποθήσομαι* et pariter in Hermot. 57. *εἰ δὲ βούλει .. ὑποθήσομαί σοι.* Tum in Vot. 26. *ἢ ἐθέλεις καταριθμήσομαί σοι* quo pacto Iacobitzius edendum curavit multo melius fuerat scripturam codicis Graeviani non spernere qua recepta: *ἢ ἐθέλεις* (scr. *θέλεις*) *καταριθμήσωμαι* Dindorfius Lucianum ab omni erroris culpa immunem praestitit. Potes etiam scribere: *ἢ εἰ θέλεις καταριθμήσομαι* Venio denique ad locum qui est in Vot. 4. *τί δ' οὖν χρὴ ποιεῖν ἡμᾶς ἐνταῦθα; καραδοκεῖν αὐτὸν ἢ ἐθέλεις ἐγὼ αὖθις ἐπάνειμι ἐς τὸ πλοῖον;* hanc vulgatam a Iacobitzio repraesentatam Dindorfius leviter sic immutavit *τί δ' οὖν χρὴ ποιεῖν ἡμᾶς; ἐνταῦθα καραδοκεῖν αὐτὸν ἢ ἐθέλεις ἐγὼ αὖθις ἐπάνειμι ἐς τὸ πλοῖον;* At vero cum *ἐπάνειμι* in tali verborum iunctura tolerari nullo modo possit nunquam a me editores impetrabunt ut huic lectioni calculum apponam. Ne longus sim levi opinor mutatione structurae subveniet qui hunc in modum legerit et distinxerit: *ἐνταῦθα καραδοκεῖν αὐτόν; ἢ εἰ θέλεις, ἐγὼ .. ἐπάνειμι ἐς τὸ πλοῖον.* Sed haec hactenus. De hoc loquendi genere si forte ulterius iusto disserui id agere studui ut coniunctivus patefacta adulatrice ista atque adulterina natura qua futurum post *βούλει* et *θέλεις* illatum iura eius satis diu violasse videtur, tandem aliquando in possessionem suam redeat et redintegratus illibatusque locum suum obtineat. Optimo iure etiam ex Platone cui et ipsi fuerunt qui futurum in talibus vi et iniuria obtrudere vellent hodie hunc usum libris sive addicentibus sive refragantibus exagitatum video. Locos habet Stallb. ad Phileb. p. 77. Scriptores autem Graecitatis noviciae ex quibus nonnulla quae stuporem haud mediocrem moveant Lobeck. ad Phryn. 734. affert quid peccaverint nunc non curo.